THE LAKESIDE PRESS
CHICAGO

164

Le Sphinx

que signifie ce vieillard au milieu de ces prés fleuris assis sur un trône magnifique ? ~~et~~ entouré de trois rangs de brebis ? quel est ce pasteur qui de sa main droite porte un bâton, et une brebis sur ses épaules ? que signifie ce bâton fait en forme de croix ? qu'elle est ~~cette~~ brebis ? pourquoi la porte-t-il sur ses épaules ? ~~et pourquoi ce berger~~
et quel est le chemin qu'indique le berger ? que signifie cette porte ? pourquoi est-elle fermée ? qu'elle est ~~pourquoi cette~~ lampe éclatante ? pourquoi est-elle toujours allumée ? pourquoi est-elle toujours remplie d'huile ? que signifient ces hommes qui ressuscitent des entrailles de la terre ? Œdipe donne m'en l'explication.

Œdipe.

Ce vieillard qui se plaît au milieu de ces prés fleuris désigne le maître de la foudre qui de sa main puissante a créé la mer, la terre le ciel et les astres. ces trois rangs ~~[illegible]~~ d'agneaux qui ~~se tiennent~~ se tiennent devant la face du tout puissant représentent les trois hiérarchies du chœur auguste des anges. le pasteur est le Christ qui, quittant la place qu'il occupait auprès de son père, descendit dans le sein d'une vierge pure, et qui, enfant, voulut respirer l'air mortel, pour arracher aux ténèbres le genre humain.

et par sa mort délivrer d'une prison funeste les ames pures
pour les placer dans le sejour céleste. ~~c'est le vrai~~ il est le vrai
pasteur, car il a sauvé ses chères brebis ~~par sa mort~~ en versant son sang
et les a rachetées par sa mort. cet agneau represente le genre humain pour
qu'il a arraché aux portes de l'enfer. plus de cent brebis étaient
sous sa garde, une seule s'égara, et il les abandonna toutes pour
aller à la recherche de celle qui errait dans des lieux déserts, et la
dérober à la dent des loups cruels. ce chemin que le pasteur
indique de la main, est le Christ qui est la vraie voie du
salut et les mortels en le suivant ne peuvent ~~errer~~ s'égarer. la porte fermée
désigne le Christ qui est la porte des brebis, et qui nous ouvre
celle ~~des~~ des cieux, elle est fermée mais elle s'ouvre à celui qui
la frappe. cette lampe éclatante qui brule toujours est l'homme
~~prudent~~ pieux et juste dont la probité brille d'un grand éclat.
la lampe brule toujours, car ~~tout homme juste brule~~ le coeur
de l'homme juste est embrasé de l'amour de Dieu ~~céleste~~ amour
qui ne doit jamais s'eteindre telle est la volonté du très haut.
elle est toujours remplie d'huile, parceque l'homme pieux
doit toujours être rempli de bonnes ~~actions~~ oeuvres; ces hommes qui ressuscitent
des entrailles de la terre représentent la résurrection, la vie véritable
et l'espérance certaine du véritable salut des hommes.

OEDIPI, ET SPHINGIS DIALOGVS.



œdipus

Ante meos oculos quænam portenta videntur,
hærere? ardentes oculorum horrentia Monstra
quænam orbes terrent! monstrum mirabile cerno
huc illuc voluens oculos, totum que pererans
luminibus tacitis amictum collustro triforme
quod volucris forma stat, virginis atque leonis
incipiam laté terram consternere tergo?
maturabo fugam? non, vultum namque videtur
formosi gestare hominis, sin mente valenti
alloquar hoc quod sit potero dignoscere forsan.

Sp.

Traduction.

Quels prodiges paroissent
s'arrester devant mes regards,
Quels monstres horribles
Epouvantent l'orbite ardent de
mes yeux! J'apperçois un
monstre surprenant qui roule
ses yeux ça et la, et le regar
dant depuis les pieds jusqu'à
la teste d'un regard muet
j'examine son vêtement a triple
figure, ou j'apperçois la forme
d'un oiseau, celle d'une vierge
et celle d'un lion:

2 Couuriray je la terre de sapeur, prendray je la fuitte auec preci-
pitation, non, Car ce Monstre me paroit auoir la figure dun bel homme
que si Je luy parle auec hardiesse peut etre pourai je Connoitre
ce que Cest que ce Prodige.

Sphinx

Elatas cur tu Christas Attollis? et ore
talia uerba refers? in me non lumina tollens
terreris? tremefacta pauor tua pectora nonne
inuadit? venis que jecur non palpitat? et cor
redditur attonitum? Thebas quae morte peratrâ
mulctaui! et viuum spoliaui lumine Corpus
Spiramenta animae lathali vulnere rumpens
Jam memorato mihi quis sis; te noscere Curo.

Φ.

Pourquoy dresses vous
ainsy votre Panache, et osé
uous prononcés de tels discours
en portant uos regards sur
moy n'etes uous pas epouuanté,
la crainte ne saisit elle pas
uotre Coeur? votre foy ne
palpite t'il pas, ainsy que uotre
sang ets uos ueines; et votre
Coeur n'est il dans l'Etonement? moy qui ay puni Thebes d'une mort Cruelle,
et qui ay priué de la Lumiere son Corps viuant, brisant les Soupiraux de
son ame d'une blessure mortelle, mais racontés moy vous même qui -
uous etes, J'ay a Coeur de uous Connoitre?

Oedipus.

filius armigeri Thebarum principis exto
oedipus appellor, me gnata Jocasta Creontis
produxit, meus atque parens est Laius atrox
aspera Corda gerens, et multâ Caede Cruentus,
cum primum chare surrexi ad Lumina vitae
numen Appollineum Consultat Laius ater
insignem feritate patrem, respondet Apollo
orbari à gnatis, vitali numine, tandem
Laius accipiens ab appolline talia fata
montiuagis meas membra feris opponere jussit
me que exponendum regali tradidit ipse
Custodi pecorum, cui nomen phorbeus extat
quod nolens praestare, mei grauiterque misertus
trajectis gladio pedibus me punxit ik altâ
arbore, cum quidam transiret forte uiator
externus, artes, oculus uersabat in omnes,
et me suspensum speculatus in arbore Celsâ
uincula disrupit, tunc me pedibus tumentem
(oedipus, vnde uocor) coepit donauit et ille
illustri me homini claroque Corinthius hujus
nomen erat, regis pulchrae qui deinde Corinthi
tradidit vxori me; quae cum orbata maneret

5

gnatis, et sterilis fecundâ prole carerent
præbuit hæc alimenta mihi, gnatumque vocavit
me regina suum, divinandi imbuit arte.

Sphinx.

heu perii, perii, quae vox pervenit ad aures
de me nulla salus, mihi mors impendet acerba
noscere grinei te dicis appollinis artem.

oedipus.

Cur palles, tua cur solvuntur frigore membra!
cur ne timor labefacta novus per pectora currit!
quare sit subita gelidus formidine sanguis!
degeneres animos timor arguit esto valenti
Sphinx animo, gladio tecum contendere nolo,
mucrones non ipse fero, non arma cruenta
gesto; solum precor gelidâ formidine mentem
dic quae sis, ut te tandem cognoscere possim.

Sphinx.

Oedipe, Sphinx ego sum metuenda gnata chimera
Thyphone et anguiferae nodis, rerumque sagenis
mortales invado, meos qui solvere gryphos
non possunt multos orbavi lumine vitae
solvere qui nostras numquam potuere sagenas,
implicitos quicumque meos dissolvere nodos
cognovit, facile me morte truidat amarâ
Incipio trepidare metû, cum noveris artem
augurii, centum cupio proponere nodos
et species varias, graecas latiasque figuras
quas nisi percelebri divinandi arte resolvas
immanes calido persolves sanguine penas,
spiritus atque tuus, tenues vanescet in auras

oedipus

Sphinx tua proponas aenigmata, graeca latina,
nam celebres facile cunctas intelligo linguas,
huc venias, quaecumque tuis spem ponis in armis,
Ensis appollineus mea pectora nutrit alitque
incipe non metuo, firmo stant robore vires,
non cecidere animi, sum tempus in omne paratus.

finis dialogi.

Formoſi geſtare hominis, ſin mente valenti
Alloquar hoc quod ſit potero dignoſcere forſan.

SPHINX.

Elatas cur tu chriſtas attollis? et ore
Talia verba refers. in me non lumina tollens
Terreris? tremefacta pavor tua pectora nonne
Invadit? venisq; iecur non palpitat? et cor
Redditur attonitum? Thebas quæ morte peratra
Mulctavi? et vivum ſpoliavi lumine corpus?
Spiramenta animæ læthali vulnere rumpens.
Iam memorato mihi qui ſis, te noſcere curo.

OEDIPVS.

Filius armigeri Thebarum principis exto,
Oedipus appellor, me gnata Iocaſta Creontis
Produxit, meus atq; parens Laius atrox
Aſpera corda gerens, et multa cæde cruentus,
Cum primum Charæ ſurrexi ad lumina vitæ,
Numen Apollineum conſultat Laius ater:
Inſignem feritate patrem reſpondet Apollo
Orbari a gnatis vitali lumine, tandem
Laius accipiens ab Apolline talia fata,
Montivagis mea membra feris opponere iuſſit,
Meq; exponendum Regali tradidit ipſe
Cuſtodi pecorum, cui nomen Phorbeus extat.
Quod nolens præſtare, mei graviterq; miſertus,
Traiectis gladio pedibus me pendit in alta
Arbore, cum quidam tranſiret forte viator
Externus. artes oculos verſabat in omnes,
Et me ſuſpenſum ſpeculatus in arbore celſa,
Vincula diſrupit, tunc me pedibuſq; tumentem
(Oedipus unde vocor) cepit, donavit et ille

Illuſtri me homini claroqꝫ, Corinthius huius
Nomen erat, Regis pulchræ qui deinde Corinthi
Tradidit vxori me, Quæ cum orbata maneret,
Gratis, et ſterilis fœcunda prole careret.
Præbuit hæc alimenta mihi, gnatumqꝫ vocauit
Me regina ſuum, diuinandi imbuit arte.

SPHINX.

Heu perij, perij, quæ vox peruenit ad aures
De me nulla ſalus, mihi mors impendet acerba,
Noſcere Grinæi te diris Apollinis artem.

OEDIPVS.

Cur palles? tua cur ſoluuntur frigore membra?
Cur ne timor labefacta nouus per pectora currit?
Quare fit ſubita gelidus formidine ſanguis?
Degeneres animos timor arguit, eſto valenti
Sphinx animo, gladio tecum contendere nolo
Mucrones non ipſe fero, non arma cruenta
Geſto, ſolue precor gelida formidine mentem.
Dic quæ ſis, vt te tandem cognoſcere poſſim.

SPHINX.

Oedipe Phinx ego ſum metuenda gnata Chimera
Thiphone et anguifero nodis, rerumqꝫ ſagenis
Mortales inuado, meoſqꝫ qui ſoluere gryphos
Non poſſunt, multos orbaui lumine vitæ,
Soluere qui noſtras nunquam potuere ſagenas.
Implicitos quicunqꝫ meos diſſoluere nodos
Cognouit, facile me morte trucidat amara,
Incipio trepidare metu, cum noueris artem

Augurij, centum cupio proponere nodos,
Et ſpecies varias græcas, Latiaſq; figuras.
Quas niſi percelebridiuinandi arte reſoluas.
Immanes calido perſolues ſanguine pœnas,
Spiritus atq; tuus tenues vaneſcet in auras.

OEDIPVS.

Sphinx tua proponas ægnimata græca, Latina,
Nam celebres facile cunctas intelligo linguas:
Huc venias quæcunq; tuus ſpem ponis in armis,
Enſis Apollineus mea pectora nutrit, alitq;.
Incipe, non metuo, firmo ſtant robore vires,
Non cecidere animi, ſum tempus in omne paratus.



SPHINX.

Quid notat iſte ſenex gaudens florentibus hortis?
Qui ſedet in ſolio magnificoq3 loco?
Quiue ouium ordinibus tribus eſt circūdatus ipſe
Mirificis, ~~ante~~ oculos ſtantibus ante ſuos?
Iſte quis eſt ouium cuſtos, pecoriſq3 magiſter,
Qui baculum dextra, fert humeris et ouem?
Cum cruce paſtoris baculus quid denotat iſte?
Quæue ouis? hanc humeris cur gerit ille ſuis?
Et quod iter cuſtos ouium indicat indice dextro?
Ianua quidue notat? cur ea clauſa manet?
Quæ radians hæc lampas eſt? cur ardet in omne
Tempus? cur oleo plena Lucerna micat,
Quidue reſurgentes imo de viſcere terræ
Significant homines Oedipe ſolue mihi.

OEDIPVS.

Obſitus iſte ſenex annis, florentibus hortis
Qui gaudet: patris numen notat altitonantis:
Qui mare, qui terras, cæloſq3 creauit, et aſtra,
Arcibus æternis gaudens, ac omnia torquens:
Hæc ouium vultum ante patris ſtans trina caterna,
Angelici veneranda chori eſt Hierarchia trina;
Eſt ouium cuſtos Chriſtus qui e ſede parentis,
Virginis intactæ grauidam deſcendit in aluum.
Mortaleſq3 auras hauſit puer, vt genus vltus
Humanum eriperet tenebris, et carcere iniquo.
Morte ſua, maneſq3 pios inferret olympo.
Eſt verus pecoris cuſtos, nam ſanguine charas
Ille ſuo ſaluauit oues, et morte redemit;
Eſt ouis hæc natura hominum, mortale genuſq3,
Quod cæcis ſoluit tetri de faucibus orci,
Vt de ipſo monumenta ferunt, cum ſtabat ouile
Centum omnium tenerum, cui cum perijſſet amica
Sola, reliquit oues alias reperiret vt ille
Amiſſam nemorum loca per deſerta vagantem,
Vtq3 cruentorum ſeruaret ab ore Luporum,
Chriſtus enim dux terrigenum, noſtræq3 ſalutis
Author, nimbiſono deſcendit culmine cæli,
Angelicoſq3 choros linquens in vertice ſedis
Stelliferæ, vaſti viſit confinia mundi
Altinquis orbata locis humana caterna
Ob ſcelus infandum primi facinuſq3 parentis

Vt per eum poſſet peccati labe lauari,
Cœleſteſqȝ domos luſtraret tempore vitæ
Excelſo, bene ſi vitales carperet auras
Tartarei fœdo direpta Leonis ab ore.
Hanc humeris gerit ille ſuis nam Criſtus eandem
Veſtiuit, triplicis viſens confinia mundi,
Nam ſi vt rerum opifex Cyclopea fulmina criſpans,
Compita viſiſſet mundi ſpatioſa rotundi
Si tanto ſplendore micans, fulgenſqȝ nitore
Mortales luſtrare viros voluiſſet, eundem
Cernere non humana phalanx potuiſſet ocellis.
Splendidus eius honos, virtus, et mira poteſtas
Nam perſtrinxiſſet viſum calligine magna
Terrigenum, nec ad hunc potuiſſent fixa tenere
Lumina, ſed potius faciem vitare tonantis
Cœpiſſent, eius fulgor cum terreat orbem,
Et totum ſolo nutu tremefactet Olympum,
Non igitur (licet ipſe deus ſit clarus, et altus)
Naturam miſerandam hominum veſtire recuſat
Cum iuxta ratione pedum geſtare videtur,
Non ſecus ac etenim cuſtos et ductor ouilis
Vt tueatur oues, et ſoluat ab ore rapaci
Immanis tetriqȝ lupi, præcordia, cuius
Rodit tanta fames ſtimulatqȝ cupido vorandi
Vt tenerum totum peruertere tentet ouile.
Sic vt nos Chriſtus ſpeciebus ſaluaret ab Orci
Eriperet mortale genus, totamqȝ phalangem
Humanam, ſtrictam vinclis, arctiſqȝ cathenis
Demonis horrifici tenebroſa nocte tyranni,

Qui tanquam leo terribilis quem pallida ventris
Ieiuni vexat rabies conatur ovile
Perdere, nec rubeo ſatiatur ſanguine venter.
Arma cruenta crucis ſumpſit ſub eaqꝫ pependit.
Hoc palma quod iter paſtor monſtrare videtur,
Eſt Chriſtus, qui vera via eſt, trameſqꝫ ſalutis,
Cuius mortales veſtigia ſacra tenentes
Non errare queunt, tutum ſectantur iterqꝫ.
Ianua clauſa notat Chriſtum, qui Ianua fertur
Eſſe omnium, nobis hic oſtia pandit olympi,
Clauſa eſt, pulſanti ſolo nam panditur ipſa.
Hæc radians lampas, tempus quæ ſplendet in omne,
Vir probus, atqꝫ pius, iuſtus quoqꝫ dicitur eſſe
Oſtia pulſandi cauſa, qui malleus extat
Optimus, et magna ſemper probitate refulget.
Semper et exardet lampas, nam vir probus omnis
Ardet amore dei cæleſtis pectore toto
Acer in extremis viciniqꝫ oſſibus hæret
Ardet amicitiæ, nunquam periturus in ævum,
Sic etenim mandata ferunt, legeſqꝫ tonantis.
Plena oleo fulget, quianam ſapientibus actis
Inſignem pietate virum decet eſſe refertum.
Huic ne Chriſtus eas diffundat pectore voces,
Neſcio vos, quas quinqꝫ malis, ſtultiſqꝫ profatus
Virginibus fuerat pulſantibus oſtia cæli
Quarum extincta fuit lampas, flammaſqꝫ lucerna
Hiqꝫ reſurgentes Cybeles e viſcere, Chriſtum
Significant homines, ſurrectio, vitaqꝫ vera
Qui manet, ac hominum veræ ſpes certa ſalutis.



SPHINX.

Quid notat hæc mulier viridi veſtita colore,
 Quæ varias ſpecies monſtrat vtraq; manu.
Conculcans alias pedibus, quarum vna ſiniſtro eſt,
 Cuius cinguntur corpora veſte nigra.
Demonſtrat pede dextro aliam, quæ lumine caſſum
 Infantem gerit, ac vbera claudit atrox.

OEDIPVS

Pandis amicitiæ veram, ſolidamq; figuram,
  Qua nihil humanis charius eſſe poteſt.
Sicut enim fuluum purgatur ab igne metallum,
  Tempore ſic triſti eſt conſpiciendus amor.
Inſigni ſpecie monſtrare videris amici
  Officium, quis amor, quæue tenenda fides.
Diligit haud ſolum vicinum pectora geſtans
  Theſeus longinqui aſt carpitur igne viri.
Et ſi forte bonis fortunæ ornatus amicus,
  Diſſimili caſu fiat egenus opum.
Hunc alius diues ſoletur oportet amicus,
  Huic effundat opes, dimidiasq; ſuas.
Turpe erit in miſeris veteri tibi rebus amico
  Auxilium nulla parte tuliſſe tuum.
Turpe referre pedem, nec paſſu ſtare tenaci,
  Turpe laborantem deſeruiſſe ratem.
Turpe ſequi caſum et fortunæ accedere amicum
  Et niſi ſit fælix eſſe negare ſuum.
Non ita vixerunt Strophio, atq; Agamenone nati,
  Non hæc Ægidæ Pirotheiq; fides.
Aduerſis igitur rebus cognoſcitur ardor,
  Verus amicitiæ, conſpiciturq; fides.
Nec ſolum dum vita manet, dum ſpiritus artus
  Atq; regit, ſummus debet ineſſe calor.
Aſt etiam exacto vitæ floreſcat oportet
  Tempore ſummus amor, regnet et ipſa fides.

Fædera non verus ſocialia rumpet amicus,
Semper at extabit fædere iuncta manus.
Si quidam ex binis moriatur amicus amici,
Deſerat et vitæ tempora longa ſuæ.
Exequias alter magni quoqꝫ funus honoris
Preſtet, vt ardeſcens perſpiciatur amor.
Flammaqꝫ amicitiæ teneris ſit fixa medullis,
Ad pia propenſum vota vocetqꝫ deum.
Hoc peragens longuo ſtabit deuinctus amore,
Verus amicus erit, verus eritqꝫ comes.
Hæc mulier viridi ſplendet veſtita colore,
Huic ſibi perpetuo namqꝫ vireſcit amor.
Illud amicitiæ ſanctum et venerabile nomen
Areſcit non, aſt tempus in omne viget.
Triſtitiam pellit nigro quæ indita colore
Squallet, eam læuo deiicit ipſa pede.
Verus amicus enim lætos ſub pectore motus
Voluet, mæſtitiæ vertet et ora fuga.
Altera que geſtat puerum cui mollia clauſit
Vbera, diſſimulans pellere lacte famem.
Dicitur aſperitas quicquam ne ſeuerius eſt, quam
Cum gnato genitrix vbera claudit atrox?
Sicca ſitis premit hunc, ſtimulat ventriſqꝫ cupido,
Cogitur ille viam mortis adire fame.
Aſperitatis eam peſtem pede pellit amaram
Ardor amoris, ei namqꝫ inimica manet.
Has igitur fugiat peſtes, ipſaſqꝫ relinquat
Quiſquis amici optat nomen habere boni.

Sicut enim pulchro nihil est pretiosius auro,
    Sic melius nil quam verus amicus erit.
Tristis homo alterius rebus marcescit opimis,
    Gaudet sed ventis verus amicus eis.
Gratia nunc rara est, parvus nunc regnat amorque,
    Quisquis amicitiam in commoditate locat.
Prospera si contingant, tunc est firmus amicus,
    Labantur si res labitur ille etiam.
Non aget hoc sapiens, non illud vir bonus atque,
    In constante viro noscitur omnis amor.
Si petat ergo aliquis perfectus quis sit amicus,
    Qui colit est socium tempus in omne suum.



Σημαίνει τί ἐκεῖνος ἀνὴρ ὅς ὄφρα φαλίπτῃ
Μιλτόπρεπον πλίνθον χεύματι μὶν λοέει;
Καὶ τί κρόκας ὑγρῆς ἐπιοββέεται ἄλλος ἀριθμῶν;
Καὶ τρίτος ἀγροπίῳ ὅσπερ ὑδραίνει ὕδωρ;
Καὶ τί ἔχων θήσαυρον ἑοῖσι πόδεσσιν ἀλέκτωρ
Τῦνος ἐπιςέλλαι; ἄλλος ἔχοντι πάγην;
Αἶξ τί δὲ σημαίνει, τὴν γῆν ἐπεὶ ἤπερ ἀποξῇ,
Εὗρε ξίφος; βραχέως πάντα πίφραυσκέ ἐμοί.

Ὄκκα π.

Ὄκκα πέλει κάματος μέλεος πταχεία ἀνύπτει
　　Πᾶστα μάτην πονέων ἐστὶ πενιχρὸς ἀνήρ
Μῶν μὴ τλημαθέει ἀεργός, ὃς χεύματι λίπτει
　　Τὸν φλόγεον πλῶθον λεύκαιν, ἠδὲ γανᾶν
Ἦ που τινάλλως μογέει ὃς τελέεται ὑγιῆς·
　　Τοὺς ταρμοὺς κρίνειν; γίγνεται ἡ γὰρ ἀβής;
Μῶν μὴ ἐργασίαν φθείρει ὃς χεῦμα κραταίνει
　　Ἐκ φρέατος μετὰ τοῦ αἰροπίοιο ἱμᾶν
Τῷ μεγάλῳ καμάτῳ αὐτῶν ὑπὸ γυῖα λέλυνται
　　Αὐτὰρ σὺν πότμῳ πάντες ἔχουσι σπάνιν.
Καὶ πάντες ἀργυρέῳ ἀτάλαντοι ἀλέκτορί εἰσι.
　　Θῆκαν τοῦ κυρίου ἔργα ποθεῦσιν ὅλα.
Θησαυρὸν κεύθουσ, καὶ ἐπεὶ εὕρησιν ἀλέκτωρ:
　　Αὐτοῦ ἀρχίμολον κοίρανος ἔνθα μολεῖ.
Καὶ τῦνον στέφει κάνθυλον ἀλέκτορα ὥσπερ
　　Ἠδὲ σέβεν ἐσπάλῳ μαλθακὰ κᾶλα θλάει.
Αὐτοὶ καὶ βριαραῖς μύκλησιν ἐοικότες εἰσὶ
　　Ἅπερ ἀπαζοῦσαι μαυλίσα ἕυρον ἴσως
Ἥπερ ἀφιαζόμενος ῥαμφῶ χείρεσσι κετουργός
　　Τὴν μύλην κτείνει, κτεινομένην τε φέρει.
Ὡς ἄρα τινάλλας πονέων οἱ ὄλεθρον ὀπάζει
　　Υἱέσι καὶ πενίαν πᾶσι φέρουσιν ἑοῖς



SPHINX.

Formas cerne duas, geſtantia monſtra marina,
Quæ ſpeciem volucris, virginis atq3 ferunt.
Prima puella Chelyn geſtat reſonantia ducens
Fila lyræ, Tybias altera læta gerit.
Eſt Rex ſceptra ferens, dextra pulchraq3 coronā,
Candida qui dulci membra quiete leuat.
Immanes retro luſtras qui auſferre coronam
Et manibus regis ſplendida ſceptra volu
Hic auceps ſtruit inſidias, et retia tendit,
Queis capiat volucres fiſtulā in ore tenens
Quos tandem iugulat reſonanti carmine tracto
Oedipe ſoluenda eſt iſta ſagena tibi

OEDIPVS

Aſſentatorum vitam depingis atrocem,
Depingis mores, impia geſta refers.
Hæc tres ſirenæs deſignant monſtra marina
Corpora, quæis volucris virginis ora micant.
Quæ lætis tybiis, dulci et teſtudine, ſomno
Afficiunt nautas, triſtia fata ferunt.
Allectis cantus magna dulcedine nautis,
Qui celeri verrunt æquora ſalſa maris.
Sic dormitantes inuadunt robore cunctos,
Submergunt laceræ naufraga membra ratis.
Puppis adunca perit, merguntur fluctibus omnes,
Cærulei pontiꝗ quos ratis alta tenet.
Et ſubmerſa vorant Syrenes ore rapaci
Corpora, ſic homines prodere voce ſolent.
Blandus adulator talis ſolet eſſe, ſuaui
Qui voce alliciens mollia corda virum.
Principis ac arcana ſciens, regiſꝗ potentis
Innumeris torquet florida regna malis.
Mollia non regum ſcrutatur fercula menſæ,
Non dulces epulas, non petit ille cibos.
Ipſorum aſt arcana petit, vult noſcere quæ Rex
Efficiat, celebrem fingit amare ducem.
Principis eſſe comes petit, illum laudibus effert,
Laudat diuitias, et bona cuncta ſtupet.

Attamen hic tandem fictus cognoſcitur ardor,
Impia ſub dulci melle venena latent.
Regibus allectis etenim blandaq3 loquela
Tractis, hos tentat morte necare truci
Conſpirat cædes, mortem minitatur acerbam,
Regalis pereat, ſtetq3 ruina domus.
Prodere conatur, celebrem tentatq3 coronam
Aufferre, et Regis vellere ſceptra manu.
Non ſecus ac auceps dulci modulamine cantat,
Pinguiaq3 implicitis retibus arua replet.
Vt ſtimulans auium cantus, hic attrahat ad ſe,
Tandemq3 allectas has iugulare queat.
Talis adulator ſceleratus, namq3 loquela
Hic blanda Regum mollia corda trahit
Regibus ac captis tandem diadema, coronam,
Claraq3 conetur vellere ſceptra manu.
Ille capit cenſus, florentes deſtruit vrbes,
Nititur et claros perdere morte viros.
Alta petit ſolum, querit Regiſq3 coronam,
Et capitis fulgens hic diadema petit.
Proditur interea princeps, et læditur huius
Splendida maieſtas, et violatur honor.
Quem ſonit cernens faciem vertiſſe ſerenam,
Atq3 lauare ſuo velle cruore manus.
Omne ſcelus patrans vt ſe, ſceleriſq3 nefandi
Ditet conſortes, omnibus et det opes.
Aſſentatoris talis ſtat peſſima vita
Tales ſunt mores, talia geſta micant.

Non tam Scylla rapax, non tam metuenda Carybdis,
Aſſentatorum quam fera turba virum.

Non tam principibus Mūdi loca cuncta peragrans
Eſt metuenda ſacris peſtis acerba Lues.



SPHINX.

Cœnantem læta Regem qui voce ſalutat
Quid notat hic claro ſanguine cretus homo.
Qui maculam ſimulat regis quoq3 tollere veſte,
Rex illum ad cœnam cur vocat abſq3 mora.
Cum multis ſocijs quid denotat iſta tyredo,
Iſta quid in dextra mollia ligna notant.
Hæc quid ſignificant animalia ſculpta ſiniſtra,
Hunc nodum ſoluas ne moriare precor.

OEDIPUS

Altera blandorum deſcribis geſta virorum,
Splendida qui regum quærere tecta ſolent.
Dulcia fœcundæ conquirunt fercula menſæ,
His pinguis regum ſola culina … cet
Hos quæſitorum terra, pelagoq; … m
Ambitioſa fames, ebrietaſq; premit
Hi numerant horas, omnes ~~[illegible]~~ umbras,
Ipſis prandendi tempora ſola placent.
Suntq; tyredinibus ſimiles, queis arida nunquam
Siccaq;, ſed ſolum mollia ligna valent.
Blandiloquis alimenta etenim præbere videntur,
His et adhereſcunt mollia corda virum.
Polypus hiſq; ſuos mores fudiſſe videtur,
Innumeras ſpecies ꝯCammeleonis habent.
Qui formas vertendo ſolet donare timorem
Terrigenis, magna calliditate potens.
Blandula verba viri quibus haud natura negavit,
Corpora ſic, mentes duſſimulantq; ſuas.
Et quos conveniunt hos lætis motibus implent,
Se ſimiles reddunt omnibus atq; viris.
Et pariles geſtus faciunt, imitantur eoſq;,
Omnibus in verbis, omnibus inq; viis.
Principis atq; ſui generoſi effingere mentem
Blandus adulator nititur ipſe modis.
Solvitur in riſum ſi princeps, ridet abunde,
Si clamat, clamat, ſi ſpuit ille ſpuit.

Ora rigat lachrymis, mittatq; ex corde dolorem,
Tunc flet blandiloquus, mæſtus et eſſe ſolet.
Talis adulator ſublimia tecta frequentat,
Principis ut multis gaudeat ipſe bonis.
Audens atq; etiam fidos, Iuſt ·q; miniſtros
Dicere (ut expellat) mu[illegible] patraſſe mala.
Inrgia quærit enim, quo p[illegible]o tentat et Ipſe
Conſortios tetra ſtern[illegible]e cæde queat.
Nulla in blandiloquo fid[illegible]ia certa Locatur,
Blandiloqui non ſunt pectora digna fide.
Simia decipitur viſos cum fingere mores
Hæc imitando cupit, fallitur illa dolo.
Lætus adulator mores ſimulare virorum
Sed cupiens, nunquam fraude Latente cadit.
Aſt alios imitando dolis, et fraude pelaſga
Decipit, eloquio mollia corda trahens.
Rebus in infeſtis, ſibi vendicat ille priores
Partes: res hominis deſerit ille probi.
Cuncta voluptatis cumulo metitur acerbo,
Hunc capit atq; fines ambitioſa dapnu
In placidos confert homines præconia laudum
Divitias, et opes, et bona ſerica canit.
At veluti pingues · cum torret ſyrius Agros
Exilis ad calidum currit hyrundo ſolum;
Fundat ut ætatis iucundo tempore cantus,
Et luteum celſa ſub trabe fingat opus.

At cum tristiens squallentia guttura profert,
Terraque Marmoreo est candida facta gelu.
Diffugit haec terrasque novas inquirere tentat,
Ut vitare hyemis frigora cana queat.
Est par Adulator, nam cum videt tumentem
Quendam divitiis, qui sit honore potens.
Agglomerat celeres gressus, et currit ad illum,
Huius laudat opes, Mollia corda trahit.
Ut sit divitiis summis et honoribus auctus,
Et si possit opes attrahat ille suas.
Et si pauper agri fiat vir forsitan alter
Ad se cuius opes traxit, et edit atrox.
Vertit terga, fugit, nec eum miseratio tangit
Pauperie pressi: prospera sola petit.
Blandus adulator fugiendus ut horrida pestis
Tristia qui secum mille pericla gerit.



SPÑX

Angelus ille poli ſupremis miſſus ab oris
  Terrigenis, mortem pandit vtraqꝫ manu.
Indice ducentem dextro vitallia pandit
  Stamina, quæ iunctas tollit ad aſtra manus.
Indice viuaci demonſtrat lumine caſſam
  Læuo, quæ teli cuſpide laſa iacet.

OEDIPUS.

Pallida terrigenum mors dicitur illa bonorum,
Quam monſtrat dextra penniger ille manu.
Altera quam læua mors dicitur eſſe malorum,
Qui ſacra ſunt auſi rumpere iuſſa dei.
Nam qui degerunt turpi ſine crimine vitam,
Mandata altitoni nec violare dei,
Perpetuo viuunt, habitantq; cacumina cæli,
Æthereum laudant tempus in omne deum.
Qui vero ſtrata moriuntur morte malorum,
Ignes perpetuos, tormina damna ferunt.
Aſpera leſcerunt hos ſpirula criminis atri,
Tartara flammifero ſulphure plena colent.
Nunquam templa colent rutilis radiata pyropis,
Mortua mens horum nam vitioſa manet.
Ignibus æternis torquebitur Vmbra per omne
Æuum, conſpectu numinis orba ſui.



ΣΦΙΝΧ

Εἰπὲ τίς ἐστιν

Εἰπὲ τίς ἐστιν ἐὼν αὐτὴ ἡ ὄμματα κόπτει
  Δώματα πρὸς λαμπροῦ ἀστερόεντα πόλου
Συμπατέουσα κακὴν ἑτέραν ἀπαλοῖσι πόδεσσιν
  Ἄλλας γαγγαρίας ταῖς παλάμῃσιν ἄλοι
Καλὸν ὄφιν πρώτη σκαιῇ τῇ χειρὶ φανίζει
  Δεικανάει ἄλλη τὴν τρυτάνην παλάμῃ
Ἀμφότεραι φαίνουσ᾽ ἰδέας καὶ σχήματα πολλὰ
  Ὀφθαλμοῖσιν, ἅπερ φαίνει ἄγαλμα καλόν.

ŒDIPOVS

Τῆς σοφίας κάλλιστον ἐμοὶ μορφώματα φανίζεις;
Αὐτῆς καὶ μεγάλην ἀξιότητα γράφεις.
Ἤπερ τῆδε πέλει φυσική, ἡ λαμπάδας ἄκρας
Ὀλύμπου δέρκει, ἄγνιαν ἠδ' ἐλατεῖ
Συμπατέει μάργην πᾶσαν, καὶ ἔμφυτα πάντα
Τῆνα ἀποσκοπέει, ἠδὲ μάλιστα θεᾶ.
Ἄλλη ἤπερ ὄφιν σκαιᾷ τῇ χειρὶ φανίζει
Πρὸς τῶν ἀνθρώπων ἐντροπαλίζει ἔθος
Καὶ ὅτι ἐστὶ μέρη, ἔθος ἔννου τέσσαρα φράζειν
Θνητοῦ, χεῖμα, θέρος, τὸ φθινόπωρον, ἔαρ.
Ὅσσα μέρη καὶ ἔθους καταθυμεῖ τέσσαρα, ἴσχει
Τοὔνομα θυμοσόφου μητετκοστε βροτοῦ
Τοὔνεκα ζωγραφέεις ὄφιν, ὅσπερ μῆτιμα καὶ τὴν
Σωφροσύνην στίζει, ἐστὶ δὲ κεδνὸς ὄφις.
Ἡ τριτάτην παλαμῇ ἀριστερᾷ, πρὸς διορίζειν
Σημαίνει τέχνην καὶ τρίτον ἐστὶ μέρος.
Ζητεῖ ἀλήθειαν παντὸς τοῦ πράγματος αὐτή
Πράγματα μαιομένη ὅσσα θεμιστὰ πέλει
Ἀμφὶ νόμων φράζει: θαλεροὺς πῶς παῖδας ἔοικε
Γενέσθαι, φτείνει δείγμασιν ἠδὲ λόγους
Καὶ περὶ τῶν θνητοῖσι σκαιῶν ἐπέοικε διαιρεῖν.
Ἠδὲ λόγον περὶ τῆς ὁσιότητος ἔχει
Εὐδίκιο καὶ ὅτι ἐν πράγμασι πᾶσιν ἐκείνοις
Εἶναι ὀφλεῖ, τοιγὰρ ζωγραφέεις κανεόν
Οὐδὲν γὰρ κανέω δύναται μᾶλλον τι γενέσθαι
Εὔδικον, εὐδικίαν τῶς ρα τάλαντον ἐρεῖ.





SPHINX.

Iſta crucem læuo quid denotat indice dextro
Fæmina? temporibus geminis cui ſparſa ſenectus
Canet, tellurem dextra panditq; iacentem.
Splendida cur orbes oculorum tendit ad aſtra,
Cur ſua Cygnæas imitantur tempora plumas?
Quis manibus geſtans falcem ſtat penniger iſte?
Cur caluos crines habet; ac ætate ſenili
Conficitur; nigraſq; comas premit alba ſenecta?
Æthereos mulierq; colens quid denotat orbes?

Florenti ramo cinctum quæ geſtat oliuæ
Latum dextra enſem? cur lignea regula læua
Eſtq; manu? quid mucro ferus? quid ramus oliuæ?
Lignea quidue notat (quā cernis) regula? quare
Illa crucem geſtat? terram cur indice dextro
Hæc pandit? precor implicitum diſſoluito nodum.

OEDIPVS

Hæc annoſa dei gnatum deſignat Ieſum,
Fœmina, qui ſummo cœleſtes poſſidet arces.
Cum patre, perpetuo ſancto cum pneumate regnans
Qui via vera manet, ſapientia vera vocatur,
Denotat hæc mulier verum, quid verius extat
Christo? qui celſo deſcendit culmine cæli,
Intrans paſſu humili vitioſi compita mundi,
Terrigenas ſaluare volens, verumqꝫ docere
Cunctos: hic veras ſemper dedit ore loquelas
Verum pandit iter quo cælica ſcandere regna
Terrigeni poſſent: verus fuit ipſe redemptor
Hanc tu decrepitam variis annisqꝫ refertam
Depingis, non abſqꝫ graui ratione, bonorum
Cunctorum nam principium mortalibus extat.
Temporis et gnata eſt, et quod penniger obſitus annis
Hic homo ſignificat, quid enim velocius extat
Tempore. Nonne freti tempus dilabitur vnda
Euolat, et falcem geſtat, caluoſqꝫ capillos,
Temporis hæc gnata eſt mulier, nam tempore verum
Eruitur, longuo ſpatio quoqꝫ temporis omne
Panditur occultum, ſecreta arcana ſciuntur,
Tempus enim nobis verum promiſerat ipſum,
Nam cum Tartarei ſerpentis fraude (virorum
Adamus pater ipſe) ſcelus patraſſet iniquum:
Inclyta ſyderei rumpendo iuſſa tonantis.
Et per eum mulier maledicta fuiſſet, et anguis
Trux, inimicitias hic inter fœminam et anguem

Structurus tandem fatus fuit ore benigno,
Quo sermone deus rerum cui summa potestas
Adventum gnati sapientia vera vocati
Pollicitus fuerat, caperet qui ex virgine sacra
Carnem, quae nostris patribus iucunda fuere
Promissa, ethereas cum nullus scanderet arces
Illa nisi fierent, variis singultibus astra
Antiqui pulsare patres persaepe solebant
Clamantes, rorate poli vos desuper ipsum,
Atq; pluant iustum nubes, producat aperta
Illum terra deum, qui nostra Redemptio vera est.
Intempestivis tandem clamoribus altis
Fusis, Terrigenum bonitas divina misertus,
Terrenum hoc natum miserum demisit ad orbem,
Tradidit hunc nobis tempus, qui vita virorum est,
Ex medio verum prosiliit viscere terra,
Ex caelis Astraea genus mortale benignis
Collustrare oculis nunquam fuit alta gravata,
Astreae pax iuncta fuit, nam colla lacertis
His nexere simul, Mulier depingitur ergo
In caelos habitans gestans florentis olivae
Frondentem ramum, gladium qui cingit acutum,
Astraeam notat haec mulier, deus ipse misertus
Humani quia nam generis demittere gnatum
Optavit properum, populum qui solveret atro
Crimine peccati, labem deleret acerbam
Quam primus generarat homo, salvaret et omnes. +

Is mortale genus ſpecubus Nigrantis Auerni,
Monſtraretq; viam cæleſtia ſcandere regna
Qua poſſent populi, tetras tereretq; Cathenas
Demonis horrifici, verum cunctoſq; doceret:
Huic fuit impoſitum venerabile Nomen Ieſus
Hæbraicum quod nomen erat, quod voce Latina
Verſum eſt Saluator mundi veruſq; Redemptor
Aſpicit illa ſolum mulier, Nam Verus Ieſus
Extitit exortus terra, de Virgine nempe
Intacta, cuius grauida requieuit in aluo:
Immerito non illa crucem geſtare videtur,
Non ſecus ac, etenim Mortalis primus Adamus
Per lignum periit, vitæ cum manderet ille
Fructum, Conſilio ductus ſerpentis iniqui,
Aſpera ſic decuit vitam per ligna dediſſe.

Tradidit hunc nobis, tempus qui vita virorum est,
Ex medio verum prorupit viscere terræ,
Ex cælis Astræa genus mortale benignis
Collustrare oculis nunquam fuit alta grauata,
Astrææ pax iuncta fuit, nam colla lacertis
Hæ nexere simul, mulier depingitur ergo
In cælis habitans, gestans florentis oliuæ
Frondentem ramum, gladium qui cingit acutum,
Astræam notat hæc mulier, deus ipse misertus
Humani quianam generis demittere natum
Optauit, proprium populum qui solueret atro
Crimine peccati, labem deleret acerbam
+ Is mortale genus speculus nigrantis Auerni
Monstraretq; viam cælestia scandere regna.



ΣΦΙΓΖ

Ἀλλομὸς ἀμφιλὶξ (λέγε) τίς πέλει οὗτος ἀμυχρὰν
　Οὗπερ τὴν παλάμην πρὸς νεφέλας ἀνάγει;
Δέρμα φέρει σεσημειωμένον πετάλῳ, καὶ ἐνέγκει
　Στροφίδιον, καλός τις πέλει ἀσφόδελος;
Μεσοὶ ὅς ἐστι ζεόσων συμπάντων, ὥσπερ ἀνέσι
　Ἢ ἄσουσα κόρη, καὶ λύκος, ἠδὲ κύων
Οὗτος σημαίνει τι χόρος, εὖξαν πρὸς ὄλυμπον
　Πήχει κεράμενος; μουνιχία τίς ἐστι;
Δῶμά τι τοῦτο πέλει, στεφάνων κατάπλεον ἁπάντων,
　Πλεῖσαν ἠδὲ ῥόδων; λέξον ἅπαντα ἐμοί.

ΟΕΔΙΠΟΥΣ

Ἔστι φιλόστοργος, θαλερὸν μοὶ ὅγε φανίζεις
   Ὅυπερ ζωγραφέεις, ἀλλοιοὶ ἠδὲ τυφλὸν
Ὧ ὅγε γὰρ κλίασιν φιλότης πεσᾶ: αὐτὲ φιληθεὶ
   Πρᾶγμα. φιλόστοργον στᾶν ἀπατηλὸν ἔθει
Ὕπτε φέρει στεφανούμενον φύλλῳ ἐπὶ στέρμα;
   Οἱ φιλικοὶ καὶ γὰρ στέρμα στεῦσι πράδοις.
Οὐδέ τις (ὡς οἴω) τόσον ἐστὶ φιλάργυρος, ἄπερως
   Ὅσπερ ἐρωτῆς πέλεται αὐτὶ ἐλευθέριος
Στροφίσιον καὶ ἄχει, ὅτι κήδεα πολλὰ ἐραστὴς
   Πάσχει, τοὺς κοπετοὺς, δάκρυα λυγρὰ χέει.
Αὐτῷ ἀσφοδελῷ φιλικὸς δοκεῖ ἦμεν ἐοικώς
   Ὥπερ ἄν ἐστι κόρη καὶ λύκος ἠδὲ κύων.
Παιδάριον γαρύει, καὶ ἀείδει, ἠδὲ θωύκτηρ
   Ῥάζει: ἐπωρύεται, κακύει ἠδὲ λύκος.
Ὡς φιλικοῦ λύσσαι, μεγάλαι τε πέλουσι κινῆμαι.
   Ναὶ κλάζει, ἔχθει, χάρματα καὶ ἔχει.
Πρὸς τὰ νέφελλα φέρει παλάμας, ὅτι ἐστὶ τοσόνδε
   Θηλιματὴς φιλικὸς, καὶ φρενομάργος ἀνὴρ
Στέρξεα ὄφρα κενὴν ἐν ταῖς νεφέλῃσι δέχηται.
   Ἔρσην πρὸς παίδων ἤθεα τοῦτο δοκεῖ.
Ἤριδα οἱ σμικραῖς παλάμαις μεμόνασι δέχεσθαι
   Κοῦρον ζωγραφέεις οὐ γὰρ ἄνευθε λόγου
Δῶμα τί τοῦτο πέλει φαῖνον πάντεσσι βροτοῖσι;
   Κούρης στεργομένης φαύλιός ἐστι δόμος.
Οὗπερ πρόσθε φίλος ψάλλει, ἀγανοῖσι ῥάδαισι
   Κοσμεῖ ἠδὲ λ[illegible]ιν: ἀπτόμενος τ᾽ ἀλύει
Νυκτὸς μαῖρα χρόνου φαίνει, ἧς στέργει ἐραστὴς,
   Τὰς δὲ κίας ζητεῖ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον.
Ἄσσα ἅπας θνητὸς σύμπαντα φέρεσθαι ὀφείλει
   Οὐ γὰρ καλὰ πέλει αἰσχρὰ μάλιστα ἀτάρ.



SPNINX.

Quid notat hic iuuenis vultu qui pallidus omni
Mollia terrigenum corda ſtupore mouet?
Cruciatis graditur pedibus, titubatq; doletq;.
Ore nec horrendo fundere verba poteſt?
Vlcere plena gerit flammantia lumina turpi,
Fertq; vacillantes ille tremore manus?

Huic capitis vertex ſciſſuſq; fluētia Bac[...]
Pocula fert læua, putrida mōbra ge[...]
Indice cur ferulam dextro fert? obſitus ann[...]
Quid notat hic baculo membra caduca l[...]
Quid notat iſte puer criſpans vibransq; ſag[...]
Monſtroſum iuuenē qua ferit atq; quali[...]

OEDIPVS

Horrentes hoc tu mores ænigmate ſcribis,
  Horum queis vini copia multa placet.
Ebrius ipſe pedes truncatos geſtat, et omni
  Hic facie pallet, putrida membra gerit.
Nam neq; quot flores ſicula naſcantur in Hybla,
  Quotue ferat dicam terra Ciliſſa crocos.
Nec cum triſtis hyems Aquilonis inhorruit vndis,
  Quam multa fiat grandine canus athos.
Quot ferat Ebrietas mortalibus aſpera damna,
  Quotue gerat morbos, quotue pericla ferat.
Pallentes facit illa genas, et lumina fœdat
  Vlceribus, tremulas efficit illa manus.
Monſtroſum redditq; virum, redditq; trementem,
  Et tentat greſſus debilitatq; pedes.
Pampinei madidus quicunq; liquore Lyei.
  Extitit, ſciſſum fertur habere caput.
Hunc hauſiſſe ferunt Lethæi fluminis vndam,
  Illum nulla animi ſollicitudo premit.
Tunq; feris ſimilis ratione carentibus extat,
  Cum ſomno ſolum membra leuare petat.
Illum cunctarum capere obliuia rerum,
  Quid fatur neſcit, ſtultus et ille manet.
Ille manu dulci funditq; liquore Refertos,
  Crateras, et olens dulcia vina vomit.
Infirma turpis partes ſunt corporis omnes,
  Is ferulam cauſa nec gerit abſq; graui.

Non secus ac etenim pueris, non hasta, nec ensis
Porrigitur, palmis ~~ama~~ arma nec esse solent.
Ludendi causa, sed eis crepitacula dantur,
His levis atq; trochus, seu pila parva datur.
Sic etiam Bacchus genialis consitor uvae,
Vinosis ferulam praebuit, arma viris.
Percita vinosi tum mens sit stulta furore,
Ne feriant homines ensibus atq; necent.
Nam si mucrones Mavortiaq; arma dedisset,
His quorum dubii, stant, labantq; pedes.
Tristis ab his forsan commota tragaedia tandem
Esset, eos rabies, concitat, atq; furor.
Quis puer hic nudus gaudens aetate virili
Significet, quaeris spicula dira vibrans.
Filius est veneris pharetratus, spicula vibrans
Cui cernit linguam nam tenuisse mero.
Ebrietatis enim merces est dira libido
Portentosa, ferens maxima damna viris.
Incendiumq; nephas, quodve impia crimina nutrit,
Quo nihil in mundo turpius esse potest.
Quid notet is, quaeris, gelidus tardante senecta,
Firmo qui baculo membra caduca levat.
Hic, Juvenem multo perfusum tempora Baccho,
Decrepito similem denotat esse viro.
Namq; eius titubant artus, lingua haesitat, acres.
Concitat hic iras, membra tremorq; premit.

Garrulus est, illum capere oblivia rerum,
Vinosus similis creditur esse seni.
Vino forma perit, vino corrumpitur ætas
Pampineum vinum Martia bella parit.
Sæpeq; terrigenis affert damnosa pericula,
Et furiatæ, mentes, vatibus atq; nocet.



SPHINX.

Quid notat hæc mulier facie vallata canina,
Cui ſubeunt anni fragiles et inertior ætas.
Conſpiciens hominem cunctis qui rebus abundat,
Qui tenet ac arcas, auro argentoq; refertas,
Cur hanc pauperies ſtimulat, cur corpore macra eſt.
Quid notat hoc animal? quid ſydera dorſo
Septem aliud geſtans? ſoluenda eſt iſta ſagena.

OEDIPVS:

Hæc mulier deformis habens canis ora Moloſſi.
Inuidiæ eſt. Siculi non inuenere Tyranni
Maius tormentum: canibus communis ineſtque
Tabificus liuor, premit hanc morboſa ſenectus
Non certe immerito, manet inuidioſa vetuſtas,
Obruta pauperie depingitur illa maligna:
Inuida pauperies quianam bona diuitis optat.
Hic arcas geſtans auro argentoque refectas,
Extat largus opum, Rerum, cui ſuppetit vſus,
Inuidet huic liuor, macreſcit rebus opimis
Huius: auet ſolum ditis radiata metalla.
Pallor in ore latet macies in corpore toto,
Nuſquam recta acies, liuent rubigine dentes
Pectora felle virent, lingua eſt ſuffuſa veneno,
Riſus abeſt niſi quem viſi mouere dolores
Nec fruitur ſomno, vigilantibus excita curis,
Sed videt ingratos, intabeſcitque videndo
Succeſſus hominum, carpitque et carpitur vna
Suppliciumque ſuum eſt, mores non exit ij altos
Amica luce gemit, lentaque miſerrima tabe
Liquitur, vt glacies incerto ſaucia ſole
Triſtis et ignaui pleniſſima frigoris, et quæ

Igne vacet semper, caligine semper abundet.
Inuidus ob faustam sortem fuit ipse Caynus
Falcato gladio disrumpere viscera fratris
Ausus, et ipse Joseph per fratres venditus atros
Inuidia ductos, nolentes stirpis eundem
Primævumque esse domus, hos Liuor compulit atrox.
Hoc animal dorso qui septem sydera gestat
Stellio stat, mortalis ei par Liuidus omnis
Stellio terrigenum namque inuidet ipse saluti,
Huius et agnoscens pellem prodesse sinistris
Morbis sanandis: hanc corpore deuorat ergo
Abiectam, metuens hæc ne capiatur eadem
Corpora ne curet, totam consumit edendo.
Anguilla est depicta hac bellua Longa sinistra,
Significat per eam nam gens Ægiptia turpem
Inuidiam, quam præcipue deus altus abhorret.
Hunc premit ira dei, cui cor Liuore perardet
Tabifico: Intactus vorat ossibus ipse medullas
Liuidus, is rubeum bibit actabus atque cruorem
Incutit hic dentes, gemitu tristesque dolores
Testatur macies, pallentiaque ossa Renudat
Non luce irradians illi cibus atque suauis.
Inuidus amittit fœlicis gaudia vitæ,
Concutit ossa dolor, vultus pallore tremescit:

Secum nullus amor, socium disperdere tentat
Mille modis laqueos fallaces tendit eidem.
Perpetuoque sua est cum magno vita timore:
Alterius iacturam postulat atque honorum,
Invidus atque movet dominandi bella Rebellis
Causa, Abelque Cayn fratrem mactavit acerbe.
Excitat Invidia haec fremebundos mente furores
Læthalis Tigri, vultus manet intus acerbus,
Qui semper lacerat mentem, premit atque furore,
Invidiam quis non igitur vitare studebit.
Qua tot damna viris et tanta incommoda præbet.





SPHINX.

Effigie hac hominem ſolventem debita luſtras,
Pauperie preſſos qui procul arcet atrox.
Argenti numerans fului grave pondus et auri
Et quem ſemper opum dira cupido tenet.
Hic alium cernis qui lumina tollit ad aſtra
Aſtra videns, lana geſtat acumq; manu
Luminibus tantis animal circonſpitis ingens.
Pennigeram volucrem monſtrat imago tibi
Ante oculos ſacra depeculans mortalis et exſtat.
Anguero nodum hunc oedipe ſolve tuo.

OEDIPUS.

Hic homo qui numerans aurum procul arcet egenum,
Eſt dives, ſenpas per ſcelus auget opes.
Qui quamvis ſit divitiis et honoribus auctus,
Et quamvis rerum ſuppetat vſus ei.
Attamen hic inopes pellit pede pulſat egenos,
Altitoni qui ſunt membra tenella dei.
Largus opum quamvis, congeſto pauper in auro eſt
Semper divitias, et bona ſenpa petit.
Non aliter ſitiens vitimas Tantalus vndas,
Captat et appoſitis abſtinet ora cibis.
Is qui geſtat acum ſublimia ſydera luſtrans
Chriſtus, deinde animal grande Camelus adeſt.
Nam Chriſtus deus omnipotens, hominumque redemptor
Has ſanctas voces protulit ore ſacro.
Commodius per acum magnum tranſire Camelum,
Splendida quam ditem Regna videre poli.
Deprecutans hic ſacra notat: quod dives egenos
Pellens, Inviſus ſit faciem ante dei.
Nam cui divitiæ, ſeu fulua metalla redundant,
Confert pauperibus nullaque dona viris.
Maiori deus hunc odio ſectatur in orbe,
Quam ſacra qui pauper deprecutatur homo
Faſtus ineſt diti, ſequiturque ſuperbia formam,
Aſt inopis rodit viſcera dira fames.
Sicut hyperboreis rutilans in vallibus aurum
Griphes amant terra hoc vnguibus atque tegunt.
Eſt illis ſimilis dives, nam fulua Metalla
Ipſe occultat opes, atque recondit humi.
Theſauros perdi atque ſolo caligine mavult,
Hos quam pauperibus præbeat ille dei.



ΣΦΙΓΖ

Nuda quid iſta notat mulier cui flamma perurit
Pectora, cur palmis illa cubile quatit.
Hæ quid ſignificant auro, argentoqꝫ referctæ
Archæ, quid veſtes purpureæqꝫ notant.
Quid notat hic vario decoratus corpore ſerpens,
Qui mordet, rigida morte virumqꝫ necat.
Vas manibus geſtans quid denotat iſte togatus,
Hoc ſolnas, et eris magnus Apollo mihi.

OEDIPUS

Implicito Sphinx hoc homines ænigmate ſcribis
Quos miſeros auri dira cupido tenet.
Fæmina nuda notat ſtudium, curamq; bonorum
Fluxorum, cuius pectora flamma cremat.
Feruet avaritia, ſtolidaq; cupidine pectus,
Sufficiunt nec opes, nec ſatis eſſe queunt.
Flammata quicunq; ſiti torquetur, eandem
Tollet et extinguet dulcia vina bibens.
Quem premit atra fames, et concitat ardor edendi,
Eſuriem dapibus pellet et ille cibis.
Sed quicunq; manet congeſto pauper in auro,
Illum divitiæ non ſatiare queunt.
Argenti ſaturatus erit nec pondere, ſe eſſe
Pauperie preſſum tempus in omne canet.
Corpore cur pingatur opum nudo iſta cupido,
Hæc miſeranda pis nam ratione caret.
Nam cum vaſtus hyems ſqualentia protulit ora,
Terraq; marmoreo eſt candida facta gelu.
Captus amicitia, miſeraq; cupidine, cunctas
Purpureas veſtes emerit ille licet.
Non tamen vtetur, patietur corpora nuda
Frigoris in pruinis aſperitate premi.
Huius anhela fames quamuis præcordia rodat,
Non tamen appoſitas diggerit ipſe dapes.
Cur quatiat lectum, quia nam furioſa cupido
Omnis, opum ſomno membra levare nequit.

Irrequieta manet, neq; concipit ocia, magni
  Vt miſeras mundi querere poſſit opes.
Hæ quid ſignificent auro, argentoq; referta
  Archæ, quid veſtes magnificæq; notent.
Eſt quia diuitias vir quem premit ardor habendi
  Veſtibus Attalicis tecta ſuperba parat.
Tecta ſuperba facit, vel lucidiora Pyropis,
  Cuncta auro ſplendent, murice cuncta micant.
Deniq; et Irradians fuluo domus emicat auro
  Huius ebur nitidum culmina ſumma tegit.
Non tamen iſta miſer molitur auarus ad vſum,
  Diuitis aſt nomen compararet ille ſibi.
Hunc homines et diuitiis, et honoribus auctum
  Talem ſpectantes, lucida tecta canant.
Hac ratione nihil plus poſſidet omnis auarus,
  Quam paupertatis qui graue geſtat onus.
Vipera mortalem morſu quæ mactat, auaros
  Anguibus horrificis denotat eſſe pares.
Ac veluti ſerpens ſua liuida Toxica ſpargens,
  Mortalem rigida morte necare ſolet.
Vitali tamen hunc non lumine denorat orbum,
  Talis auaritiæ peſte refertus homo
Qui propter ſpurcas ſordes aliena laborat
  Furari, quibus hic commoda nulla capit.
Iſte togatus habens manibus barbas, prorſus auarum
  Indocili medico denotat eſſe parem.

OEDIPVS.

Vnanimem Sphinx hoc ænigmate pingis amicum
Mortales hi namq; duo quos pandis, et Vnum
Dicis habere caput, veri dicuntur amici,
Inter quos non diſſidium, concordia verum
Dulcis ineſt; non ſævitiæ metuenda videntur
Signa, ſed æternæ ſplendet bonitatis imago,
Vnanimes veluti fratres vitalia carpunt
Lumina, et alterno nequaquam ſanguine gaudent.
Divitiis ſint abſq; licet, ſeu copia rerum
Affluat his, nunquam ſocialia fœdera rumpunt.
Hi bene conveniunt, et in vna ſede morantur.
Cur ſedeant celſo firmæ ſub culmine rupis;
Nam ſocialis amor per ſe divinus, ipſa
Quo natura nihil fecit, nec carius vnquam
Stabile quid conſtansq; petit, mutabile vitans,
Pacificas mentes hominum, firmaſq; requirens.
Eſt ſimilis Rupi coſtans et firmus amicus:
Vnus erat Pylades, vnus qui mallet Oreſtes
Ipſe mori, his vna finitq; pericula mortis,
Alter quod raperet factum non cederet alter
Et duo qui potuere ſequi vix noxia pœnis,
Optavitq; reum ſponſor non poſſe reverti

Sponſoremq3 reus timuit, ne ſolueret ipſum.
Quid notat hic modius, charum debemus amicum
Quaerere, quem monstrat, nostrum qui tempore nullo
Fluctibus aduerſis preſſam delinquere puppim.
Contempiat:, nec opem nobis hic ferre recuſet:
Nobiſcum non (forte ſemel qui ſicca rigarit
Corda mero) nobis est appellandus amicus.
Nec qui forte ſemel cerealia munera carpit
Nobiſcum, carpſitq3 cibos, et prandia ſumpſit
Sed qui dente ſatis modios contriuit, et edit
Innumeros, qui ſape epulas dedit atq3 palato.
Quas humeris geſtant has ſignificare puellas
Diuitias, et pauperiem dico, inter amicos
Nam ſi quis istat pauper agri, nec viuere poſſit
Huius parua domus, cum cenſibus extet, amicus
Alter diuitiis, et forſan honoribus auctus.
Suppeditabit opes Inopi, victumq3 negabit
Nunquam, grata dabit ſed ei ſolamina ſemper.
Nec ſinet hunc mediis agitatum fluctibus vndae
Rebus in aduerſis quianam cognoſcitur ardor
Verae amicitiae, charus ſpectatur amicus.
Quid notet hic Radians ignis, quid limpha ſalubris,
Foedus amicitiae nobis nam comparat vſum,
Iucundamq3 parit mentem, grataq3 ſalutem

Ergo magis prodeſſe ferunt qui pectora Theſeu
Geſtant flammiferum quam ignem, Limphamque ſtrepentem.
Pallida mors depicta notat, quod tempore Vitæ
Exactus ſummi verus Remanebit amoris
Ardor, perpetuum nunquam periturus in ævum.



SPHINX

Iſte quis eſt pueros quē tres cōducere ſecum
Cernis? doctori queis datur almus honor.
In ſolio reſidens quid denotat iſte Magiſter?
In cuius tenera eſt virga plicata manu?
Quid notat hoc paruum calido vas igne refertū?
Picta gerit dextra quæne ſigilla manu.

Quæis ceram ſculpit, codicillis atq; ſigilla
Dicito. quæ cauea ſtat pica clauſa cau
Et quid Achæmenio deſignat odore referta
Teſta? reſoluenda eſt iſta ſagena tibi

OEDIPVS.

Ingenuo pater hic pueros offerre magiſtro
Aduenit, hos repleat moribus ille bonis.
Vt pueri ſanctam ducant ſine crimine vitam,
Artes percipiant, dogmata ſacra bibant.
Talia cum longua venerandus veſte magiſter
Reſpondet, tales edit et ore ſonos.
O pater inſigni virtutis luce refulgens:
Qui doceam pueros inſtituamq; rogas,
Lumina coniiciens in eos, hos cerno parente
Percelebri natos, qui probitate micat.
Nobilitas clarumq; genus, ſplendorq; parentum
Efficiunt homines ſcandere laudis iter.
Hæc ſed ab antiquis patribus manaſſe fatemur,
Nec per ſe pueri Nobilitate tument.
Diuitiæ celebres homines et fulua Metalla
Efficiunt: auffert hæc tamen vna dies.
Fortunæ telis obnoxia cuncta caduca
Sunt bona, Mortales nec ſatiare queunt.
Ipſe licet triplicis premeres confinia mundi
Imperio: raperes quas habet orbis opes.
Si tibi fulgentes gemmæ rutiliq; lapilli,
Eſſent, auriferi ſacra fluenta tagi —R
Ipſe tuas radiãs quamuis circundaret ædes
Seruus, Rex eſſes ſolus in orbe licet.

Serviat et dominæ numeroſus debitor arcę,
Suſtentetq; tuas aurea menſa dapes.
Non tamen eſſe ſatis cumeres, tua pectora ſemper
Aurei Dalmatici roderet atra fames.
Et tibi ſint quamuis diffuſi Jugera campi
Vrbani teneant prædia multa lares.
Diuitias tamen has labefactant ſpicula cæca
Fortunæ, dea nam Nortia vertit opes
Eſt laudanda quidem facies formoſa, ſed illam
Extinguit morbus, cana ſenecta premit
Ipſa decens vitiis longis vitiabitur annis
Rugaq; in antiqua fronte ſenilis erit.
Robora, diuitias, famam dea Nortia telis
Debilitat, virtus inclita ſola manet.
Inclita ſola manet ſapientia, tempore nullo
Artibus ingenuis finis ineſſe poteſt.
Non homines magnos, celſos et nomen auorum,
Inclita ſed virtus, ingeniumq; facit.
Non fortuna ſuis virtutem lædere telis
Cæca poteſt, Sophiam Nortia diua fugit.
Quare ſacra tuis pueris eſt ſola docenda
Virtus, iuncta bonis artibus illa tamen.
Præcipuum nunc tempus adeſt florentibus annis
Cum gaudent pueri, dogmata ſacra bibent.
Conſpicis hanc virgam manibus quam geſto plicatam,
Significat pueros quando docere decet.

Flectitur hac etenim viridis molliſq; plicatur,
Non flecti tandem durior illa poteſt.
Virtutem ſic commodius, ſic Palladis artes
Ediſcunt, ætas florida quando viget.
Et dum prima Novis adoleſcit frondibus ætas,
Decrepiti tandem diſcere nulla queunt.
Hancq; picam cernis gaudens lenioribus annis
Hac cauea potuit diſcere clauſa loqui
Sic Iuuenes pueri qui docta Litera frequentant,
Doctrinas in eis, palladiaſq; colunt.
Diſcere commodius poſſunt, virtutibus ornant
Mentes, et Sophiæ caſtra ſequenda putant.
Quæ ſophiæ, et virtus imis infixa medullis,
Ex animis labi vix, ea crede poteſt.
Non ſecus atq; recens etenim ſeruabit odorem
Teſta diu, liquidus vix et abibit odor.
Sic pueri virtute ſemel mens grata referta,
Vix mentem refugit, tempus in omne manet.
Ergo tuis primum pueris monſtranda videtur,
Virtus, cuncta bonis artibus illa manet.



Πραττόμενον πᾶν πρᾶγμα πέλει ταυτῇ ἐν Ὀλύμπῳ

Ἐνθάδε ἅσσα βλέπεις: τοὔνεκα τοῦτο λύε.

Οὕνεκα Χριστιανὸς σύμπας πιθέει μόνον εἶναι
Παμμεδέοντα θεόν, μὶν κηνέει καὶ ἕνα
Ἠδὲ πρόσωπα θεοῦ ἀμαρεῖ τρία ἔμμεναι αὐτοῦ
Μέμπου πνεῦμ' ἅγιον, παλιμυσν ἠδὲ γόνον.
Ἐκ φυσικῶν τριάδα σκοπέειν τις ἐέλδεται εἶκεν
Τὴν ἀρετήν, ὕλην, σχῆμα δόμον βλεπέτω.
Ἐν τριάδ' ἀσύγχ πατρὸς τοῦ πνεύματος υἱός ἠμὲν
Ἄλλο πρόσωπον ἔει, ἣ θεότης τε μία
Τῶν ἐνὶ οἰκοδομῇ ἑτέρα τοῦ σώματος ὕλη
Ἄλλη καὶ μορφή ἐστ' ἀρετὴ χε ἑτέρα
Αὐτὰρ ὅμως οὐ τευχόμενα τρία σώματα ἔσχει
Οἶκος τευξάμενος γίγνεται ἔμπα μόνος
Εὖτε πατὴρ θεὸς ἐστι, γόνος πέλεται θεὸς ἠμὲν
Πνεῦμ' ἅγιον δύγδην γίνεται ἠδὲ θεός.
Οὐ τρεῖς ἔμπα θεοί, ἀτὰρ εἷς θεὸς ἐστι κράτιστος
Ὧς ἄρα πᾶς σέρκει, ἐν μεγάροιο δόμῳ
Ὕλη, καὶ ἀρετή, μορφή τε, δόμοιο πέλουσι
Πράγματα, τρεῖς οὐχὶ εἷς ἀτὰρ ἐστι δόμος.
Εὖτε πατὴρ γεγονὼς ἄλλου παρὰ μηδενός ἐστι
Τοῦ πατρὸς υἱὸς ὑπό, πνεῦμα πατρὸς καὶ υἱοῦ·
Ταρ' ὕλη γεγονυῖα βροτοῦ παρὰ μηδενός ἐντι
Ἡ μορφή, ὕλης ἀμφοτέρων ἀρετή.
Οὐσία οἷα ἔει ὕλης, τοῦ σχήματος οἷα,
Τῆς ἀρετῆς οἷα, τοῦ μεγάροιο πέλει
Ἀλλὰ ὅμως οὐ τευχόμενα τρία σώματα ἐστι
Τευχόμενος πέλεται εἷς μόνος ἔμπα δόμος.



SPHINX :~

Plurima terrigenum plāgentia corpora luſtra,
Albentes trepido cerne timore viros.
Lumina perdentem tenebroſum cōſpice phœbū
Phœbi fit rapidi pallida clara ſoror.

Alligerum puerumqꝫ vides, ſunt treſqꝫ pue
Serpentes: formas ha duplicesqꝫ gerun
Et ſolo cernunt oculo, tres hocqꝫ innatur
Implicitum nodum hunc oedipe ſolue cog

OEDIPVS:

Postrema lucis spatiosi cernitur orbis
Hic species, valde hæc stabit amara dies.
Horrida plena malis Lux et terrore refecta
Qua cunctis Lachrymis ora rigabit homo.
Attonitum saliet pectus, terrorq₃ senerus.
Inuadet mentes, monstrificusq₃ timor.
Erectus cunctis horrebit crede capillus,
Mortua cuncta tubæ surget et umbra sono.
Tunc hominis natus, veniet mundiq₃ Redemptor
Christus, ut humanum iudicet omne genus.
Iratus propter noxas, et crimina tetra
Terrigenum, populis tunc tremor ater erit.
Incipient trepidare metu, clamoribus astra
Pulsabunt varus, nulla salusq₃ malis.
Tunc tuba terribilem sonitum procul ære canoro
Efficiet, signum buccina rauca dabit.
Tantus erit terror, Luctus, stridorq₃, metusq₃,
Ut se non natum cunctus aneret homo.
Hæ duplices formas gestantes tresq₃ puellæ.
Gorgoneæ, anguiferæ, terrificæq₃ manent.
Quæ tres terroris species monstrare videntur
Primus qui mentes debilitabit erit.
Alter monstrifica quadam formidine lædet
Terrigenum mentes: incutietq₃ metum.
Præstringet teneros oculorum tertius orbes,
Albentes reddens, seminecesq₃ viros.



ΣΦΙΝΓΖ

Ὡς σὺ ὑπὸ οὐλύμπου τὰ πράγματα πάντα θεωρεῖς.

Δηλοῦ: Θεοπρόπου τοὔνομα καὶ γὰρ ἔχεις.

ΟΕΔΙΠΟΥS

Ἄλλη τῆς τριάδος πέλει ἔκφρασις ἠδὲ δόκησις
Ἣν διὰ συγγενικὰ πράγματα φρεῖνες ἔχουσι
Εὖτε ἅπαν τὸ πρᾶγμα πέλει ὑπὸ δῶμα ὀλύμπου
Ἐν σταθμῷ, ἰνίῳ, τῷ δὲ ἀριθμῷ ἔνι.
Ὥσγε νόμισμα ἔχει χρύσειον τοῦτο, ἀριθμὸν
Σταθμὸν, καὶ ἴνιον: δῆτα ὑπὲρ τριάδος
Ὥσγε πατὴρ θεός ἐστι, θεὸς πέλεται γόνος ἠμέν.
Πνεῦμ' ἅγιον λύγδην, γίγνεται ἠδὲ θεός.
Ἔστι μόνη θεότης, πέλεται τρία ἠδὲ πρόσωπα
Τῷγε νόμισμα, μέτρον, σταθμὸν, ἀριθμὸν ἔχει
Ἡ σταθμὴ κ' ἰνίων, τὸ πρᾶγμα νομίσματος ἔσχει
Χρύσειου: πέλεται πρᾶγμα ἀριθμὸς ἠδέ.
Ἔστι νόμισμα μόνον, μοῦναξ τρία πράγματά ἐστι
Σταθμὴ, καὶ ἴνιον, καὶ ὁ ἀριθμὸς ὁμῶς
Μέτρον τὸν πατέρα κράτος ἠδὲ θεοῖο κράτιστον
Σημαίνει, σοφίαν, τὸν δὲ ἀριθμὸς υἱόν.
Πνεῦμ' ἅγιον σταθμὴ ἐπιόσσεται, ἠδὲ μέγιστον
Στέρξεα, τῆς τριάδος ταῦτα πρόσωπα πέλει.



SPHINX.

Hac hominem cernis geſtantem nomen Ieſus
Effigie doctum quem toga longa tegit.
Radicem fonti iunctam gerit indice læuo,
Hic firma et dextra fert pedamenta manu,
Vitibus appoſitumq; pedamentum cernis opacis,
Contiguos homines hic ſpeculare duos.
Romulidum primuſq; toga velatur, et alter
Graiugenum celebri corpora veſte tegit
Conſpicito Iuuenum cætum, magnam Caternam,
Et nodum ſoluas ne moriare meum.

OEDIPVS

Cum cruce qui geſtat venerabile nomen Ieſus,
Et cuius veſtis corpora longua tegit.
Optimus eſt doctor luſtratus luce nitenti,
Catholicæ fidei cui ſtat Apollo pater.
Quine per ingenuas omnes caput extulit artes,
Et qui diſcipulis dat documenta ſuis.
Inſignis pietate manens, probitate refulgens,
Integer et vitæ qui ſcelus omne fugit.
Non ſecus ac duri gravidis pedamenta coloni
Vitibus apponant, ne cadat Vua rubens.
Sic adoleſcētes celebres doctiq; magiſtri
Dogmate ſuſtentant, admonitoq; probo
Artibus ingenuis pueros redduntq; Minervæ
Imbutos, linguas hos variaſq; docent.
Radicem fonti coniunctum cingit, ameno
In puero Sophiæ doctor origo manet.
Firmaq; virtutis radix exiſtit in ipſo,
Radix fonti hæret non ſecus atq; cavo.
Hic homo Romana decoratus veſte vocatur
Tullius, Eloquium cuius ab ore fluit.
Vox cuius fudit ſuperantes mella Loquelas,
Ingenuus decet hunc Lectitet omnis homo.
Qui latias optat lingua diffundere voces,
Et qui precipue congruus eſſe cupit.
Torrens Eloquij quem mirabantur Athenæ
Eſt alius, puer hunc Lectitet atq; decet.
Graiugenum queat vt celebrem didiſcere Linguam,
Poſſit et altiiugum ſcandere Laudis iter.
Diſcipulubus grecas, latias noſcenſq; Loquelas,
Ingenuas artes mente tenere poteſt.
Socratico facileq; poteſt ſermone madere:
Egregius, fieri percelebriſq; valet:



SPHINX:

Quid noto per tales brutorum, hominumq; figuras, ſpeciesq; bruto

Dicito ſi non vis morte perire truci.

OEDIPVS.

Ingentes inimicitias hominum, atque ferarum
Demonſtras, odium peſtiferumque doces.
Funeſtis accenſi odiis hominesque, feræque
Sunt, odia indignis pernicioſa viris.
Proſequitur quem quisque odiis capitalibus, illum
Optaret rigidæ mortis adiſſe viam.
Extorſiſſe oculos vellet de fronte, tuetur
Hunc torvo vultu, provocat huncque nimis.
Anguem tartareum vir naturaliter odit,
Et per caſum hominem lubricus odit homo.
Contingunt perſæpe etenim divortia magna,
Impia diſſidium lingua frequenter alit.
Hac nihil eſſe poteſt melius, nihil peius eadem,
Hæc inimicitiis cædibus ornat iter.
Quare mortali melius perſæpe tacere,
Quam qui animos lædant ore referre ſonos.
Diſſidium multisque modis ſolet eſſe ferarum,
Natura lepores odit in orbe canis.
Criſtatum leo terrificus ſpecialiter odit
Gallum, mandat enim terga fugaque videns.
Pinguia diſſidium iumentis pabula gignunt,
Inviſus feli mus ſtat et ipſe ſalax.



SPHINX

Has tres effigie pictas luſtrato puellas,
Quidue notent homines dicito, quidue fera.

OEDIPVS.

Clara Machaoniæ præſtantia panditur artis
Impoſitum nomen cui Medicina fuit.
Artibus ingenuis nullis medicina ſalubris
Dat primas, morbos curat et illa febres.
Promittitq; ſui ſtudioſis præmia magna,
Morbida Terrigenum corpora ſana facit.
In tres partitur partes, pars prima vocatur
Sobrietas, homini qua datur alta ſalus
Optatam nec corporibus præbere ſalutem
Aſſolet hæc ſolum, membraq; febre levat.
Mentibus aſt etiam ſolet impertire ſalutem,
Crimina ſobrietas cuncta ſopita facit.
Indomitos mentis fluctus compeſcit iniquæ
Ac omnis per eam tetra cupido perit.
Sanguineos hæc Marte domat, debellat et hoſtes,
Hæc celebri tollit laude, beatq; viros.
Illam cultor amat Chriſti celſiq; tonantis,
Diligit hanc cunctus Religioſus homo.
Contra luxuries, et lautæ gloria menſæ
Ingeminat morbos, mentibus atq; nocet.
Et quæſitorum terra pelagoq; ciborum eſt,
Turpis terrigenis ambitioſa fames.
Corpora debilitat, febres parit, omnia damna
Gignit, eam vitat vir pietate micans
Fons etenim vitiorum eſt ſordida menſa malorum,
Peccati turpis, luxuriaq; comes.

Sobrietas hominem sed cunctum ducit ad astra
Edocet illa vias officiiq3 boni.
Sobrius a priscis laudatur, nulla puella
~~In~~ Romulidum vinum casta bibebat enim
Nec quoq3 securam poterit vir ~~dege~~ ducere vitam,
Ni sicut degat sobrius ipse facit.
Relligiosi hominis depicti cerne figuram,
Ille gulam ut vitet ~~tristia deserta~~ tecta petit.
Sobrietate cupit sublimes querere honores,
Atq3 opibus veris, æthereisq3 frui.
Communis cunctis medicinæ animantibus est pars
Altera, quæ dulci membra salute levat.
Illa salutiferas permultas spectat ad herbas,
Corpora quæ curant, pocula mista tenet.
Si cupis herbarum vires cognoscere multas
Vir tibi monstrabit carmine Macer eas.
Fructibus hæ plenæ sunt, vires tradidit ipsis
Omnipotensq3 deus, spernere noli igitur
Conspice mustellam charta quæ pingitur ista
Herbis utendis illa docebit iter
Si ledatur enim morsu serpentis acerbi,
Quam mandit citius fit sibi Ruta salus.
Pluribus exemplis istud deducere possem
Omnia monstrabit quæ medicina tibi
Atq3 salutaris medicina Chyrurgia fertur
Tertia, quæ manibus corpora sana facit.
Utitur unguentis, plagas sanatq3 cruentas,
Vulneribus cunctis prospera et esse solet.

Vulneribus ſi quis mortem ſit læſus ad vſqȝ,
Hæc manibus ſanat cuncta Chirurgus homo.
Percutiat telum cuiuſdam viſcera ſi quod,
Extracto vir telo illico ſanus abit.
Vulnus enim ~~medu~~ manibus tepida lympha abluit ille,
Vnguentis ſiccis vtitur inde ſuis.
Vtilis eſt equidem medicina Chirurgica nobis,
Conducit vitæ, corpora ſana facit.
Tu quoqȝ in hac charta cuiuſdam cerne figuram,
Qui propriis (i. manibus), membra dolore leuat.



SPHINX.

Hic ſpeculare virum, fuluas Inſtrato Cathenas
    Quas gerit, hunc veſtis murice tincta tegit.
Ac ſpectato homines ad ſe quos allicit audax
    Iſte, refer tabula quid quoq; picta notet.
Cur pedibus frænum conculcat, et abiicit, offert
    Et quis ei lancem? ſoluito cuncta vafer.

OEDIPVS.

Ambitio ſcelus horrendum depingitur iſta
Effigie, fragili quæ fugienda viro eſt.
Horrida damna parit, regnis peſteſq; timendas
Procreat innumeras Ambitioſus homo.
Ille ſibi fingit ſceleratos ſtultus amicos,
Quos ſcelerum plenos ſordibus eſſe videt.
Impius hunc ſequitur Latro, ſectatur Adulter,
Ganeo, ſacrilegus, flagrat amore
Conſumpſit quicunq; manu, ſeu ventre paternas
Divitias, rupit viſcera et enſe patris.
Indicium quicunq; ~~timet~~ pro crimine grande
Æs ſibi conſtavit, pauper, et extat inops.
Crapula quos recreat, venter damnoſa voluptas,
Convictos habet hos Ambitioſus homo.
Sacra fluenta tagi montes, ~~montes~~ promittit eiſdem,
Aurifluum ſi dent, et dare regna ſimul.
Auribus intentis auſcultant talia multi,
Impius hos omnes Ambitioſus amat.
Curne gerat entilo fabricatas ille Cathenas
Auro, veſtis cum murice tincta tegat.
Scilicet ut populi vanos mirentur honores,
Obſtupeant et, opes laudibus atq; ferant
Conculcat pedibus fecum, quia non habet illum,
Laudis enim effrenis dira cupido tenet.

Sors sua contentum non ipsum reddit, honores
    Si teneat, plures expetit ipse sibi.
Ardet opum flamma, miseraq; cupidine habendi,
    Quo plus sunt illi plus magis optat opes.
Dicere se Regem dubitat nec, fatur et esse
    Regis stirpe satum, stemmata summa gerit.
Non bene compositi rabida est hac passio cordis
    Pacifico freno, qua caret atq; bono.
Hæc tabula species notat, Ambitiosus honore
    Quod cupit ingenti, tergeminoq; coli.
Inclyta contemplans, animis quoq; gesta volutans,
    Tempore qua nullo forsitan ipse gerit.
Sculpere marmoreas tabulas, curatq; figuras
    Ædificare novas, vel Simulachra struit.
Vel simulachra struit rutilis nitidissima gemmis,
    Hæc cuncta a vero sunt aliena tamen.
Attamen Invidiæ sunt subdita cuncta caminæ,
    Quæ nunquam quoniam gesserit ille canat.
Displicet o quantum vitiosa superbia Celso,
    Ambitio nunquam perplacet illa deo.
Ambitiosus enim quando Laxavit habenas,
    Est sceleratorum tum sibi iunctus amor.
Proh deus in terris viduæ quot fletibus ora
    Implent, quodue hominum corpora strata iacent.
Quot mala patrantur vel, Luctus quotq; sequuntur,
    Ad montes summos Rusticus ipse fugit.

Tunc violat miles, castis potiturqz puellis,
Viuit et in tuta pace malignus homo.
Armis cuncta necat, bello omnia prospera perdit,
Templaqz quæ bene sunt ædificata ruit.
Deuorat ac herbas, sine prata colore videntur,
Sola nec immiſſo semine rura vacant.
Talia ne acta gerunt angues, rabidiqz leones.
Vicit is imanes asperitate feras.
Porcus oues sequitur, pecudes ducuntqz puellæ,
Pacifice viuit cumqz Leone Leo.
Formicaqz vacant rea, herbam diligit herba,
Attamen hæ cuncta res ratione carent.
Quem ratio ducit, pacem qui diligit almam
Tetrum odio scelus hoc ambitionis habet.
Est sibi communis vox, est similisqz figura,
Est data natura, sola loquela viro.
Vt se iungat ea vir quem premit ardor habendi,
Diuitias et opes tempus in omne petit.
Relligiosa solo peruertit templa tonantis
Illius intenso corda furore flagrant.
Bellonæ comitos sceleris sociosqz nephandi
Quærit, non opibus parcit et ille suis.
Comparat et vires, vanos perquirit honores,
Illum barbaries, aspera vita fouet.

Omnia sancta rapit, simul omnia sacra prophanat,
Oppida divitiis, reddit et orba bonis.
Relliquias spernit celebres, spoliatq; sepulchra
Officiumq; summumq; supprimunt omne dei.
Conquatit et calices, rumpit pia vasa potentis,
Regis contemnunt iura statuta sui.
Omnia dat prædæ sociis, non respicit ullum,
Dicitur hic sapiens qui mala plura facit.
Huic quoq; sunt comites pravi, sociiq; latrones
Illius et vitiis est cumulata domus.
Iste quis est lancem manibus qui gestat, et offert
Ambitioso homini pocula, quasue dapes.
Candenti lancem plenam nive prabet eidem
Predia cum cancer torridus igne cremat
Et medio tostas æstu terit area fruges,
Solibus ac æstas pulverulenta coquit.
Ambitiosus enim iucunda fercula mensæ
Rara petit, caros expetit atq; cibos.
Et quæsitorum terra, pelagoq; ciborum,
Vexat tetra fames, dira cupido pecunię.
Rararum miranda ~~[illegible]~~ spectacula rerum
Pandit, sic illi gloria vana datur.
Ipsum tota cohors laudat quod mensa superba
Ipsius est, nitidis sit quoq; plena calis.

Hunc alii laudant multum ſe vincere laute
    Monſtrat enim, caros cum parat ille cibos.
Improba luxuries premit hunc, hic eſca paratu
    Difficilis laudem, gloriolamqꝫ parit
Mortiferum ſcelus ambitio, non tamen omnis
    Virtute haud vincta eſt deſpicienda viro.
Non etenim merces ſed ſignum criminis eſſe
    Debet homo, longo tempore ſtare queat.
Non ſecus ac puppis rector cum flamina ceſſant,
    Ventorum quid agat non habet, eſtqꝫ piger.
Ocia grata capit venti ceſſante furore,
    Sic peragit legem quiſquis in urbe creat.
Ambitione ſuos ad prelia Martis in hoſtes
    Vrget enim cives, ac ſtimulare ſolet.



SPHINX

Quid notat hoc vario cumulatum corpore monſtrum
Sanguineum ſpectato caput totumqꝫ cruentum.
Cerne equitum, peditumqꝫ manus, argenteus illę
Aureus exiſtit venterqꝫ, ſub æquore vaſto
Sunt ratibus factiqꝫ pedes, comitantur eundem
Terrigenæ cornu qui intendunt ora recurvo.

OEDIPVS.

Hac tu ſanguineum depingis imagine bellum
Monſtrum horrendum, ingens, totumq; cruore refertum,
Hoc Vſura vorax, auidumq; in fœnore tempus
Ac demiſſa fides parit, et fucioſa cupido
Curis cum rabies fuerit implacata, patentem
Magna capit mundum, confuſio pellitur omnis,
Grata quies, pax tuta fugit, mala cuncta vireſcunt,
Et multæ ſcelerum facies, pelluntur et artes,
Palladiæ, pereunt probitas, pietaſq; , ſacratæ
Virtutes, ſquallent abductis rura colonis.
Sanguineos curuæ falces conflantur in enſes,
Nec modus eſt rebus, ſitiunt cunctiq; cruorem,
Nobilitas cum plebe perit, lateq; vagatur
Enſis, et a nullo reuocatur pectore ferrum,
Stat cruor in templis, multaq; rubentia cæde,
Lubrica ſaxa madent, nulli ſua profuit ætas.
Non ſenis extremam piguit feruentibus armis
Præcipitaſſe diem, nec primo in limine vitæ
Infantis miſeri naſcentia rumpere fata.
Furta vigent cum mars toto furit impius orbi,
Omnia rumpuntur ſocialia fœdera, quiſquis
Sternere cæde poteſt ſocium vir fortis habetur,
Virginitas violata perit, non Numen Olympi
Altitonans colitur, mala denique cuncta patrantur,
Sed quia mors nobis Iucundior ipſa videtur:

Servitio: mortalis amat traducere vitam
Cunctus ad arbitrium, ſeu libertate potiri,
Et quia ſanguinei ſternantur fortibus armis
Hoſtes, hæretici debellenturq; ſuperbi.
Omnis Relligio tollatur falſa, tonanti
Et tribuatur honos proprius, Sacrataq; tandem
Pax regnet, bellum cauſis finiale movetur
Talibus, et fuſo condeſcunt ſanguine pugnæ
Taliter, effigie quod monſtrum pingitur iſta,
Vt luſtrare potes, quianam Res bellica partes
In tres dividitur claſſes, pedites, et equeſtres,
Excelſos pedites montes, colleſq; requirunt:
Arva petunt equites ſpatiis ampliſſima: claſſes
Per mare velivolum currunt, ac æquora findunt.
Cur caput hoc monſtrum Reſperſum ſanguine geſtet,
Nam facies belli ſunt hoſtes undiq; fuſi,
Sanguine terra madet, vel inundant ſanguine foſſæ,
Mandans terga fugæ primus perſæpe necatur,
Cumq; viris mactantur equi (mirabile viſu)
Deniq; Biſtoniis ſunt omnia ſtrata ſagittis
Et telis rigidis, ſtat magna licentia ferri;
Corpora ſternuntur terræ, rura oſſibus albent.
Cur fabricata gerat rutilanti viſcera monſtrum
Auro, ac argento, pretioſa, pecunia belli
Sanguinei quianam fundamen dicitur eſſe,
Qua ſine bella equites, pediteſq; ciere recuſant,
Inflammatæ etenim mentes Mavortis ad arma

Horrida bella, ſuus nuntio cruoribus extat,
Quam pedites homines mandunt, veſcuntur equeſtres:
Bellonæ comites iſti qui timpana geſtant,
Atq; tubas, mentes equitum, peditumq; mouendi
Cauſa, ſignificat raucas ad bella mouere
Iuuentas ~~extytaſſe~~ tubas, et timpana mæſta.
Buccina dat belli ſignum ~~ſignum~~ terrenda cruentum
Addit militibus crepitans et fiſtula mentes.



SPHINX.

Ante oculos verſatur homo tortura tyranno
Cui datur horribili, Suppliciumq; graue.
Ignea circũdat illum cur nubila? pennas
In ſummo capitis vertice curue gerit?
Splendida cur dextram contorquet ad æthera palmam?
Cur inopi læuam tollit et ille manum?

OEDIPUS.

Hoc ſcirpo veneris deſcribitur atra voluptas,
Qua quid Terrigenis turpius eſſe poteſt.?
Mortales pingis, quorum ſub ventre voluptas
Eſt ſita, quos recreat menſa referta cibis.
Sola quibus tenero viuendi cura palato eſt
Quæis deus eſt venter, quos gula ſola fouet
Æthera quos quis veſci feliciter aura
Dicet? Cum veneris caſtra ſequenda putent?
Horum nonne ſtatus vitæ miſerabilis extat?
Nonne ſepulchrali lumina mota face.?
Anne ſolent dapibus ventrem complere voracem?
Guttura pampineo fœda liquore madent;
Attamen haud longis ſtat temporis illa voluptas
Horis, tabifico hæc empta dolore-nocet.
Gaudia nam ſi quis circa præcordia, neruos,
Atque pedes, circa membra manusque locet.
Vexantur miſeris partes affectibus iſtæ
Mollia funereis concitat oſſa dolor.
Noxia lætiferi perturbant corpora morbi
Et ſubeunt febres, membra tremore labant.
Et dolor ardeſcens clamores excitat, vdas
Commouet et lachrymas triſtia fata ferens.
Non dare tanta poteſt homini tormenta Tyrannus
Precipiti rumpens membra tenella rota.

Quod torquere poteſt hominem damnoſa voluptas
   Supplicijs, ſecum mille pericla gerit.
Læta gerit quædam (ni fallor) gaudia, verum
   Lucida ſub dulci toxica mille latent.
Hæc tandem tormenta gerit peracerba, tyrannis
   Hæc cruciata viros torquet, eoſq; necat.
Ignea cur illum circumdant nubila, in altum
   Quæ tendunt, cæli et ſydera celſa petunt.
Statim namq; perit veneris damnoſa voluptas,
   Longis nec ſpatijs temporis eſſe poteſt.
Hæc inſtar ſubitæ currentis in aere flammæ
   Naſcitur, ad ſe hominum corpora nata trahit.
Quæ primum recreat, tandem recreata dolore
   Afficit. Innumeris ſupplicijsq; necat.
At veluti tandem vehemens extinguitur ignis,
   Taliter ardenti preſſa dolore perit.
Aligerum caput ille gerit, nam vana voluptas
   Corporis, eſt fera quam Ruſtica cuncta petit.
Sola voluptatem virtus largitur honeſtam,
   Nullis temporibus quæ memoranda perit
Hæc memorabilibus vivax conſiſtit in actis,
   Quæ faciunt homines ſcandere laudis iter.
Huic præbent alas homines volitare per ora
   Quæis poſſunt, condunt inter et aſtra caput.
Cur inopi palmam tendat (vis ſcire) ſiniſtram,
   Lucida cur dextram tollat ad aſtra manum.
Egregiæ nam res geſtæ mortalibus alas
   Quæ tribuunt, quibus et nobile nomen habent.

Sunt in mente duæ, conſiſtere ſola voluptas
Quæis hominum debet, quas violaſſe pudet.
Inclyta ſyderei præſertim iuſſa tonantis,
Quæ fragilis nunquā rumpere debet homo.
Tota mente, deū venerari debet ad illum
Tollere candentes tempus in omne manus.
Altera quæ noſtris animis infixa voluptas
Sſtabit, propinqui eſt delitioſus amor.
Vicini flagrare decet nam ſemper amore,
Legitimo bonus eſt fœdere iunctus amor
Propinquumq; decet læſis ſuccurere rebus,
Et dextræ dextram iungere, dona dare
Convenit ingenti proſtratum mole iuvare,
Pauperie preſſum vir bonus omnis alit.
Hæc æterna viris igitur ſtat ſola voluptas.
Inclita, virtutis caſtra ſequenda patet.
His fugienda venus, veneris fugienda voluptas,
Quæ cito nata perit, triſtia damna ferens.



SPHINX.

Iſte quis eſt dextra cui cernitur Anchora palma
Ferrea, conculcans pedibus, iacienſq; rubentem.
Infantem, læua fontes qui monſtrat amœnos;
Quis rubicundus homo pede quem conculcat, et arcet:
Parua quid hac volucris, verno quæ tempore cantat.

OEDIPVS.

Hic homo qui rubeum pedibus conculcat et arcet
Infantem, cunctus vir sobrius extat, Iacchum
Ipse bicornigerum spernit, vitatque, fugitque
Illum qui gravidis hederata fronte corimbis
Vitea serta plicat, qui comptos palmite tigres
Ducit odorato perfusus corda lyeo;
Dulcia pampinei contemnit pocula bacchi
Sobrius, ac querit fontes, de gurgite summo
Hauriat aquas, aut ipse sitim restinguere vino
Si cupiat, baccho lymphas commiscet amoenas,
Consilio prestatque, noceant ne ardentia vina
Ingluviam pariunt, risumque rubentis Iacchi
Munera perfusus multo hoc tempora Baccho,
Robora non vini noscens illuditur ipsis
Anatis, mentes inflammat saepe furore.
Vinum Bacchaeos decet haud haurire liquores
Attollentem iras, et cerula corda tumentem:
Forsan si repleat liquido sua pectora vino,
Stultus et insipiens turpes exore loquelas
Profert. Iudicii, vera rationis et expers
Gaudia dat Sophiae, capit hunc oblivio, cunctas
Res animo ponit risumque nocet omnibus ipse,
Faemineus, non Romulidum liquentia Bacchi
Pocula libabat sexus, ne forte puella

Insensa rabie mores violare pudicos
Possent, et stupri vitarent dedecus omne.
Spiramenta animæ lethali abrumpere ferro
Coniugis Egnatius nunquam dubitavit, Bacchi
Munera quod biberit, tamen hunc, absolvit ab illo
Crimine, dux geminus Romanæ conditor urbis
Flammis uxorem virgis, durisque flagellis
Vexavit, vini namque illa liquore madebat.
Anchora sed firmam rationem denotat, ipsa
Sobrietas cui fida comes, tenet omnis eandem
Non secus ac etenim retinacula tuta carinæ
Anchora dat, ponti ne submergatur et undis
Efficit, innumeris, sic vir ratione, repugnat
Criminibus: nimium constringit compede bacchum.
Quid ratione potest homini divinius esse?
Humanæ ratio vitæ fons ipsa quietis
Existit, fluctus vitiorum sancta repellit,
Indomitosque ratio mortales decipit illa,
Nequaquam Hanc alta capitis fundavit in arce
Laudatricem operum, prospecturamque labori.
Sic sator altitonans rerum qui cuncta gubernat.
Proximus ille deo, vir qui ratione movetur,
Quem ratio non ira movet, qui facta rependens
Consilio punire potest, mucrone cruento
Denique terrigenum secretum gaudet in omnem,
Ne liceat facere id quod quis vitiabit agendo.
Fons liquidus quem monstrat homo, panditque sinistra
Significat debere viros depellere vina,
Depulsis haurire vagis e fontibus undas,
Quia meliora queunt elementa existere lympha?
Immensus quatuor genitalia corpora mundus

Continet, ex illis duo ſunt onecoſa, ſuoqꝫ
Pondere in inferius tellus, ~~et~~ Vnda feruntur
Et totidem granitate carent, nulloqꝫ premente
Alta petunt, aer, atqꝫ aere purior ignis,
Lympha viros nutrit, communis et vſus aquarum eſt.
Tempore Romulidum damnatoqꝫ ignis, et vnda
Non poterat tradi, calidus ſolet ignis et vnda
Namqꝫ alimenta viris præbere, ſolebat et igne
Et limpha gens priſca viros coniugere cunctos
Connubio, duo ſacramenta ſol locare ſolebant
Antiqui, flammantem ignem, limphamqꝫ ſtrepentem.
Parvula quid volucris notet, hæc eſt parua Cicada
Non aliter parvis [illegible] resonant arbuſta Cycadis
Sole ſub ardenti flauentes quando ſecantur
Falciferæ crines Cereris, cum porrigit vuas
Autumnus, vel cum pueri calcare racemos
Curant, et rubeas decerpunt vitibus vuas.
Et portant Calathis celeriqꝫ illidere planta
Concaua ſaxa ſuper ponunt, vindemia cuiqꝫ
Collibus in ſummis feruet pede rumpitur vua,
Nuda et pampineo ſparguntur corpora muſto.
Tunc ceſſat cantu reſonare Cicada ſuaui,
Et ſeruare ſolet taciturna ſilentia, talis
Sobrius eſſe ſolet, calido nam tempore ſolus
Colligit hic Cererem panem ſibi comparat atqꝫ,
Solum pampinei contemnit vina Lyæi.



SPHINX

Dic mihi caprata vallatus fronte quis iſte,
  Cui facie læta naſus acutus ineſt.
Candidulos monſtrat dentes, linguamqꝫ Loquacem,
  A gracili Naſus fronte Recuruus ei.
Et quid vtraqꝫ notant animalia parte Locata;
  Abſqꝫ retardata hoc Oedipe ſolue mora.

.OEDIPVS.

Mordaci qui dente petit, riſuq3 labellum
Perſpicuo laxat pandit imago virum.
Frons capræ tremulum cum naſo monſtrat adunco
Riſum, corvus eum Rhinoceroſq3 notat.
Qui ridere ſolet, riſuq3 illudere, frontem
Hic virgultivagæ fertur habere capræ.
Contrahit is Rugis criſparum more caprarum
Frontem, aperit dentes, turgida labra patent.
Naſus ei immerito non eſt a fronte recurvus,
Simio enim ſimiles quis negat eſſe vafro.
Suntq3 pares corvis, corvos referuntur ad ipſos
Nigrantes naſum Rhinocerotis habent.
Immerito non ergo duo hæc animalia pingis
Rhinoceros quibus eſt, Corvus et ipſe niger.
Eſt igitur fugienda viris deriſio turpis,
Precipue hæc celebris qua violatur honos
Quæve hominum famam, decus immortale refringit
Et quæ diſſidium damnaq3 multa parit.
Pulchrum eſt gaudenti facie geſtire: decorum
In riſum ſolvi nec tamen eſſe puto.
Diſſidium perſæpe parit deriſio, ſæpe
Deriſor madidis fletibus ora rigat.
Quiſquis aves ſocii ſcelus irridere puſillum,
Ne tu plus vitij geſſeris ante vide
Irridet quicunq3 alios ridebitur omni
A populo, tandem dedecus ille feret.



SPHINX

Orbicularis homo quid imagine denotat iſta
Pictus, qui cinctus tribus orbicularibus extat,
Quos manibus falces ſpectas geſtare rapaces.
Nec caput vnus habet, pedibus ſine cernitur alter.
Quidue iubar ſolis radiis inſigne coruſcis
Denotat; et clara Reſplendens Cynthia luce?

OEDIPVS.

Tempora deſcribis totum manſura per æuum
Quæis nihil eſt citius, tremulo labuntur et ipſa
Motu, principio, cum fine carere videntur
Maxima ſunt extantq; viris communia cunctis,
More fluunt fluuii, neq; enim conſiſtere flumen,
Nec leuis vnda poteſt, ſed vt vnda repellitur vnda,
Vrgeturq; eadem, veniens vrgetq; priorem.
Tempora ſic veniunt, pariter, pariterq; ſequuntur.
Et noua ſunt ſemper non quod fuit ante relictum eſt
Fitq; quod haud fuerat, monumentaq; cuncta nouantur.
Falcigeræ tres iſti homines tria tempora monſtrant,
Præſens, præteritum, deſignant atq; futurum.
Stans medio preſens eſt irrenocabile, longis
Nec durat ſpatiis, coniunctio ſtare futuri
Dicitur et lapſi, nullus comprendere mente
Hocq; poteſt, lapſum cuncta ſed origine tempus
Priuatur, nec finis ineſt, remanetq; futurum.
Luna hæc eſſe notat, tempus variabile Lunæ
Nam quæius diſcriminibus variatur in omni
Menſe tribus, primum latet hæc cum ſole nitenti
Congreſſa, ac radiis ſolaribus altera lapſa
Occidua ſe clara plaga mortalibus offert.
Oppoſita æthereo ſoli pleno orbe refulget
Tertia, complexi lunæ diſcrimina verbis
Iſta fuere tribus veteres, dixere Calendas
Ac nonas, et Idus, radians depingitur hic ſol
Temporibus nam conueniens nitidiſſimus orbi
Cynthius eſt, grauiter qui tria qui diſcrimina ſumit,
Quoniis ipſe die, mundi loca cuncta peragrat
Vnde dies oritur, nox ac vbi ſydera condit,
Quaq; dies mediis fragrantibus æſtuat horis,
Et quæ bruma rigens ac neſcia vere remitti,
Aſtringit Scythicum glaciali frigore pontum.



SPHINX :-.

Quid notat hic orbus fulgenti lumine, veſte
Pauperis Indutus, fuluo plenaſq3 metallo
Poſſidet hic Archas quid Cocclea denotat iſta
Quiſue Aſinus lignis oneratus balnea circum.

OEDIPVS

Terrigenam monſtras auidum, deſcribis auarum,
Qui miſer, et cæcus congeſto pauper in auro eſt.
Eſt cæcus, premit hunc et opum furioſa cupido,
Vt veniant gemmæ totus tranſilitur orbis,
Nec lapidum pretio pelagus cæpiſſe pigebit.
Annua ſolliciti conſumunt vota coloni,
Et quanta mercedis erunt fallacia rura.
Quærimus lucrum nauis, mortemque ſequemur
In prædas, pudeat tanto bona velle caduca.
Pauperis indutus veſte eſt, nam ſemper auarus
Extat inops, nec habere poteſt ſatis ille bonorum,
Nam tetram ſcelerum matrem quæ ſemper habendo
Plus ſitiens patulis rimatur faucibus aurum
Vſque adeo ſolus ferrum, mortemque timere
Auri neſcit amor, vafer eſt quicunque ſceleſta
Fecuit auaritia, quas vult vix poſſidet vnquam.
Turpis auarus opes, nunquam ſatiatur habendi.
Pocula ſi ſumas perit omnis cura bibendi,
Atque cibum cupienti ſtat cibus vtilis omni:
Aſt eget, argento nunquamque medetur auarus,

Et tantæ tenebræ, et ſpiſſæ ſua lumina claudunt,
Ipſius ut pereant ſenſus, ſe exponere cunctis
Nec timeat damnis, cumulet per faſq; nefaſq;,
Omnibus et vitiis ſe mergat, conſpice magnos
Qui laqueos tendunt viduis, teneriſq; pupillis,
Arua ſibi, viteſq; horum, ſeu predia iungant.
Effugit ipſe lupum ſicut nec paruulus agnus,
Sic homo dum viduam, pueros et torquet Auarus,
Clauſa labella tenent, nec ſe deffendere poſſunt:
Eximius piſcis minimum nam mandit editq;
Quid prodeſt aurum, precioſi quidue lapilli,
Si pereat corpus, tua ſi trudatur ad ima
Tartara mens? auri magnos emittere aceruos
Reddere quod faciet dominus, de ventre tuo ſeu
Educet neſcis? Candeſcens membra calorq;
Quod tua ſiccabit? quod coruus pectora rodet?
Summi Iudicium domini vitare putaſne?
Omnia qui cernit, fraudes qui conſpicit omnes:
Nudus in hoc mundo veniſti, nudus ab ipſo
Egreſſum facies: Igitur quæ ſtulte Voluntas
Te fera tanta capit? turbatur ſpiritus omnis
Cur tuus? et vexat cumulandi tanta Libido?

Multa tenes bona, multum (diues) te tamen angis:
Coclhea demonstrat te talem ducere vitam
Quam degit, versans se sordes vt petat omnes:
Omnia sic toleras dura, omnes fersque dolores,
Consequerisque tamen nunquam quod sint tibi quando
Prospera, sed semper viuas vt pauper egenus.
Arcadicus Iuuenis gestans ad Balnea Lignum
Monstrat te similem, gerit is nam ad balnea Ligna
Sordidus, et fumo plenus, nunquamque Lauacri
Mundiciaeque petit partem, Sic semper onustus
Diuitiis, opibus nunquam satiaris eisdem,
Nec prodesse queunt, nunquam tibi commoda donant;
Non aliis etiam, potius tibi cerno nocuias:
Omnium auaritia est nam Radix dura malorum,
Est fera, Nam frondes violentas constrinit omnes,
Sollicite inquirit, numerat quot adhuc sibi amici
Viuant, deinde suis rebus non vtitur ad rem.



ΣΦΙΓΣ

Σημαίνει τι γύναιξ ἣ μικρὸν παῖδα θηλάζει

Τίνα τὴν κορυφὴν ἔχει βροτοῖο φέρει

Ἤχνια μύτι ἔχει, κεῖται ἐνὶ ποσὶ Χελώνη

Καὶ παλὶν ἑτέρα σάλπιγγα χειρὶ ἔχει

ΟἸΔΊΠΟΥΣ

Ζωγραφέεις ἀρετὴν πεπνυμένα μῆτρα ὕπερ
Εἶναι, θυμοσόφη καὶ μάλα κυδρὴ ἔτι
Σπουδάσατε λίαν τελεῖται, πρὸς σῶμα, γόνοιτε.
Αἰεὶ σώζειν, σοφίῃ παιδὸς ἅπασι βίον
Καὶ παρὰ τῶν ἀνδρῶν κεκτημένα ἔσθλα, φυλάττειν
Μέλλει, συμφορίου πράγματος εἴχεν ὅθεν
Ἀνδρὸς ἔχει κορυφὴν κεφαλὴν ὅτι σώματος ἀνὴρ
Ἔστι, ἄρα σώφρων αὐτῷ πείθεσθαι ὄφλει
Ἦχος μήτε ἔχει γαμετή, ὅτι σώματι μέλλει
Τλημαθέειν: πολλὸν μηδὲ ποιοῦσα λαλεῖν
Οὐδὲ τὸ μυστήριον ζητούμεναι ἀνδρὸς ὀφείλει
Ὅσσα λαλεῖ ἀνὴρ πάντοτε μηδὲ σιγᾶν
Καὶ ἐν ᾗ ἄλοχος κατακεῖται ὁμοῦ τι χελώνη
Καὶ γὰρ ἀκμὴν τηρεῖ σύγγαμος οἶκον δόμαι.
Σάλπιγγα τότε φέρει, ὅτι ἀνδρὶ ᾖ, ἢ δι' ἀνδρός
Συμλαλέειν σώφραν πάντοτε μέλλει ἄρ'
Οὐδὲ ὄφιλει ἀλγεῖν γαμετή, εἰ, μήτε σαλπίζ.
Ἀλλοτρίᾳ γλώσσῃ, σεμνοτέρα τε λαλεῖν



ΣΦΊΓΣ

Αἰνὴν στέρξα βροτοὶ σταθμὴν ἀμοιβὶ φέρουσα
Δεξιτέρῃ τρυτάνην, ἠμὲν ἔχουσα ὄφιν
Ἀργυρίου μεστόν, χρυσοῦ καί, στέρνα ἐνέγκαι
Τῇ ἑτέρᾳ παλάμῃ τοὔνεκα τοῦτο λύε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ

Ἐσθλὰ γράφεις ἀνδρὸς χθονίου, ἅπερ ἐστὶν ἐν αὐτοῦ
    Σώματι, τῇ δὲ πέλει ἐν φρενί, ἠδὲ τύχαις
Αἰνῶ τοῦ γὰρ βροτὸς σταθμὴν ὁμοίην ἔχε κεν
    Φραίνει ὅπερ θνητοῦ ἐσθλὸν ἔνεστι χροΐ
Ὡς πέλει ὡραιότης, κάλλος, κράτος ἠδὲ μέγιστον,
    Σημεῖα ἐκεῖνα ἅπερ γίγνεται ἐσθλὰ βροτῷ
Μὴ μετὰ τῆς ἀρετῆς ἀθρούμενά ἐστι, πέλονται
    Πταίσματα καὶ κακίας μηδὲν ἔχοντα κλέος
Τῇ σκαιᾷ παλάμῃ χρυσοῖο βαλάντιον ἴσχει
    Μέσον ὅπερ φαίνει πρόσημα ἐσθλὰ τύχης
Ἐλπίδα ἡμετέραν τιθέναι οἷς οὔτι ἔοικε
    Καὶ γὰρ ταῦτα τύχη αἴνυται ἠδὲ πόρει
Ἡ τρυτάνη καὶ ὄφις χειρὶ βροτὸς ὅνπερ ἔχησι
    Δεξιτερῇ, φαίνει ἐσθλὰ μέγιστα φρενός
Ἅσσα ἐν εὐδικίᾳ τῷ ἠδὲ φρονήματί ἐστι
    Γίγνεται ἡμῖν ἅπερ ταῖς ἀρετῇσιν ὅλαις
Αἱ ἀρεταὶ μόναι ἀθάνατοι καλαί τε πέλονται
    Εἰς τίνας βάλλει μήποτε τόξα τύχη.
Σύμπας μέλλει ἀνὴρ τὴν ἐλπίδα θεῖναι ἐν αὐταῖς
    Ἔλδεται εἰ μακαρίαν τὴν βιότητα ἄγειν.



ΣΦΙΓΞ.

Δέρκε νέον θαλερόν, δύο εἵματα ὅττι ἐχέβαει
Πρῶτον χρηματικοῦ ἀφνένου πέλει ἠδὲ βροτοῖο
Ἔϛιν ἀλειφοβίου ἕτερον κ᾽ ἀνθρώποιο χαῶν
Δεξιτέρῃ παλάμῃ πολύχρυσον δέρμα ἀνέχει
Τὰς δὲ μάλας πικρὰ ἠδὲ φέρει σφαιρώματι αὐτός
Καὶ ἕϛηκει· καλὴν καὶ ἀγχοῦ θάλπει γυναῖκα
Τρεῖς μορφὰς πέλεται τι ἐκεῖνο τεράστιον ἴσχων;
Μορφὴν τοῦ ὄφεως, μᾶλλον φρένας τε λέοντος.

ΟἸΔΊΠΟΥΣ

Ζωγραφέεις σφίγγ᾽ οὐλομένην ἀντήεσσεν ἔρωτα
Στέρξετα σημαίνει καὶ τὸν φιλοτήσιον, οὗτος
Ἀκμαῖος, καὶ ἔχει πολυήρου εἷμα βροτοῖο
Παλμνὸν ἀφνειὸν καὶ γὰρ στέρνηστρον ἐνίσχει
Στερξάμενον τὸ πρᾶγμα ἅπαν περιπλούμενόν ἐστι
Καὶ μάλα ναυτήριον, καὶ πλούσιον, ἄβροχον ἡμῖν.
Τούνεκα δεξιτέρῃ πολύχρυσον δέρμα ἐνέγκει
Τῇ παλάμῃ· στέροντι μέρος θαλεροῖο ἐκείνου
Εἵματος, ὃ πτωχοῦ τελέεται βροτοῖο· γενέσθαι
Μητέρα σημαίνει πενιχράν, ὅθι καὶ θέλουσαν
Τοῦ φίλτρου, ἥλη τελέεται πτωχεία ἔρωτος
Εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον μεγάλως ἐπίμαλθα λίλουσα
Σπίκει ὑπὸ σφαίρας ὅτι ποικίλον ἠδὲ σκεδαστόν
Φίλτρον ἔνι, τρέπεται πρὸς πράγματα ἄφραστα,
Τὰ πτερὰ ἐκφέρεται, καὶ γὰρ τοῦ σώματος ἀντὶ
Ὡραιότητος ἔρως, θυμὸν κάλλος δὲ σαλεύει
Καὶ μάλα συγκατάγει τὸ θελκτήριον ἐστι Κυμαίρα
Ἥμισυ ζωγραφέεις τρία σχήματα στειρφὰ ἐχέσκεν
Εἰσὶ τρόποι τρεῖς γὰρ φίλτρου, ἄρχεσθαι, ἀνύττειν,
Καὶ ἀποτερμίζειν, ἄνθρωπον ἐπειδὰν ἱκάνει
Στέρξις, καὶ αὐτοῦ κουφῇ τὰ στήθεα καίει
Ὥσπερ λέων ἐπιχεᾶ: λαγνείας ἐντελέχεια
Γίγνεται αἴξ, καὶ γὰρ μίκλη μάλα ἐστὶν ἀσελγής
Ἡ δὲ λαγνίς, μέσσον εἵργον τὸ σχῆμα Χιμαίρας
Ἐστὶ δράκων, αἰσχρᾶς λαγνείας, οἷς τὸ τελευτῇ
Κώνειον λείπει μετανοίας· τοὔνεκα στέρξιν
Αἰσχρᾶν διδράσκειν φῶτες σώφρονες ὀφλοῦσι.



SPHINX.

Quid notat hac pallens dextro qua continet orbem
Indire mors, palma falcem geſtatqꝫ ſiniſtra,
Iſti quidue notant homines, quos falce peracta
Mors proſtravit humi? Iuuenum quid et iſta caterna
Theſauros notat accipiens? quid denotat ~~hac~~ infans
Libera cui manibus, currit mortalis ad illam
Cur et homo, qua nece feriens notat altera telo
Terrigenam, morti quem cernis vertere tergum.

OEDIPVS

Mortem depingis quæ ſola ultricibus armis
Elatas frenat mentes, communia toti
Genti ſceptra tenens, æternaque fœdera ſeruans.
Magnos, paruoſque terit, quæ fortibus æquat
Imbelles populique duces, inopeſque trucidat
Hæc non principibus parcit, nec multa regentes
Regna colit mundi perſcindit falce potentes
Terrigenas, rerum dominatrix flectit et orbem,
Cunctos hæc homines vitali lumine priuat.
Hocque notant vaſte hæc proſtrata cadauera terræ
Hi iuuenes auri rapientes pondere plenas
Arcas, ſignificant prædam mortem eſſe parentum
Natorum, nam cum ſecuit nex falce parentum
Vitam, tunc gnatus bona diripit omnia, cunctas
Quærit opes, aurum repetit, cenſusque requirit.
Quid notat hic iuuenis manibus cui litera ſplendet
Nam teſtamenti mors gratia diuitiæ eſſe,
Non etenim vires functo niſi patre reſumunt.
Mors hæc quam iuuenis deſiderat, iſte petitque.
Currens ſæpe, poteſt nec habere ſtat omnis egenus,
Quem premit omne malum, quemue aſpera cuncta fatigant.
Et qui ſæpe famem patitur, glacialis et urget
Frigoris aſperitas nec habet quo corpora veſte
Nuda tegat, verum proſtratus mole malorum eſt,
Expetit ille necem toties et currit ad illam.
Iſte necem fugiens, mortis quoque tela parata
Extat diues opum pennis velocius Euri
Tela tremenda necis vitans, nihil attamen ille
Profecit, hunc tandem telis mors aſpera lædit.



SPHINX.

Quid noto per varias ſpecies quas Oedipe cernis,
Si vitare necem cupias diſſoluito ſcyrpum.

OEDIPVS.

Sphinx tua Naturæ ſenſum demonſtrat imago
Tactum, Significat proprie terreſtria tactus.
Omnia quæ vaſto palpat mortalis in orbe,
Vt per eum dignoſco virum quem tangere læuæ
Indicæ conſpicio ferrum, Dextraq; Colunnam.
Quinq; modis notat effigies completa figuris
Tangere, quod verbum eſt deſcendens nomine tactus.
In ſacris ſummi libris, nam tangere primum
Denotat ærunnis affligere, pectoræ voces,
Vt cum Iob triſtes miſerabilis edidit iſtas
Flagrantes ardore mei, miſeratio durum
Iam moueat pectus, læſis ſuccurrite rebus,
Et ne quæſo graui proſtratum linquite mole.
Nam ſacra Syderei tetigit me palma tonantis,
Talia voce canit Iob cum tetigiſſet eundem
Summa manus domini, Supremum Numen Olympi
Afflixiſſe ferens ipſum, mulctaſſe flagellis.
Magdala cum Chriſtum Reuocatum ad lumina vitæ
Vidit, funereis et ſurrexiſſe ſepulchris,
Illa ſalutiferum manibus vult tangere Ieſum,
Talia cui noſtræ iactat reſponſa ſalutis
Author: me manibus Iam Magdala tangere noli,
Nam nondum Altitoni ſcandi radiata pyropis
Templa patris, nondum cingit me dextra parentis.
Ac ſi Chriſtigenum tales dux ipſe phalangis

Pectore iactaſſet voces, Quid Magdala præſtas,
Terrea mortalis non moles corporis omnis
Quam putredo poteſt corrumpere ſubdita morti,
Atq; futura ſoli vitioſis vermibus eſca
Immortale poteſt fœdatis tangere corpus
Palmis: Quod nunquam corruptio conterit, ergo
Non quoddam terreſtre notat, cæleſtis at extat
Tangendi ſacro modus iſte volumine ſcriptus.
Tangere deinde notat fervēti membra levare
Morbo, valde homines etiam ſanare dolentes,
Hic vt ſculpta notat ſpecies, et picta figura,
Cum quandoq; ſalus hominum Tranſiret Ieſus.
Sunt duo Mortales veſtigia ſancta ſequuti,
Huius, erant etenim ſplendenti lumine caſſi,
Nec poterant acies oculorum pandere charas,
Currentes miſeri magno clamore fremebant
Dicentes Miſerere deus, miſerere ſupernæ
Luciferi domitor, vaſti mundiq; Redemptor,
Lumina noſtra precor pandas, tibi Reddere grates
Poſſimus, dabitur ſemper tibi gloria magna.
Chriſtus et altitonans hæc inſuper addidit ore,
Creditis an ne viri Miracula pandere poſſe
Talia me? verbis miſeri ſic fantur ad illum,
Credimus, ancipiti dubio non corda tenentur
Cuncta poteſt, nihil eſt quod non tua ſumma poteſtas
Perficiat: Tunc Criſtus ait, dicitq; ſecundum
Veſtram mando fidem, fiat, tetigitq; latentes

Et clauſos orbes oculorum protinus illi
Panduntur, tactus non eſt terreſtris, at extat
Summus et omnipotens, modus eſt puto Tertius iſte
Tangendi, Quartus ſanari denotat, vt nos
Pagina ſacra docet, Chriſti cum tangere veſtem
Magna phalanx hominum cupiebat, veſte ~~potantis~~ tonantis
Tacta, ſana graui fiebant corpora morbo,
Afflicta ac hominum cito febricitantia membra
Sanabantur, habes afflictæ exempla puellæ.
Sanguinis hanc miſeram fluxus vexare ſolebat,
Hæc veſtes tetigit Chriſti, tunc ſanguinis iſte
Abſq; mora fluxus ceſſauit, tangere tale
Tantũ Non terrenum ſed ~~penitus~~ cæleſte videtur
~~Diuina~~ Iudicium deſignat tangere quinto
Vt notat hæc ſpecies, Chriſtus cum talia fatus
Nolitote meos dilectos tangere Criſtos.



SPHĪX.

Dic mihi quid crucibus notet hic mortalis onuſtus?
Ardens flammifero quid domus igne notat?
Quid notat Æthneum fulmen quod ab aere celſo
Pronemens pecudes enecat atqȝ boues?
Quidue notant homines, mulier quid denotat iſta?
Quæ cruibus pleno verba proterua refert?
Mortales quid ſignificant, terraqȝ Iacentes?
Quorum mors rigida corpora falce ſcidit?

OEDIPVS.

Pingitur implicito rerum tolerantia ſcirpo,
  Qua nil Chriſticolis dignius eſſe poteſt.
Quid notet hic varijs crucibus mortalis onuſtus,
  Eſt homo qui patitur fortiter omne malum.
Qui dum Luciferi ſpeculatur lampada ſolis
  Rebus in aduerſis gaudet, acerba ferens.
Hunc quamuis tormenta premant, vexentq; dolores
  Innumeri, tamen haud aſpera cuncta timet.
Semper agit Chriſto grates, illumq; precatur,
  Lactea nec madidis fletibus ora rigat.
Si domus igne flagrat forſan, tolerare valenti
  Hoc animo debet, corda nec aegra geret.
Non aeterna domus nobis ſtat in orbe locata,
  Nam quaerenda viris eſt domus alta poli.
Si pecudes, armenta, boues, aut praedia fulmen
  Arſerit, iratus non erit ille Deo.
Aſt grates referet, nam cum Deus illa dediſſet
  Abſtulit, a ſummo Numine cuncta fluunt.
An videt vxorem, falſos hunc ſpectat amicos
  Irridere, ſibi, et verba proterua dare
Omnia mente tamen forti perferre tenetur,
  Si ſua diuinus pectora tangat amor.
Si forſan natos intelligat oſſa ſolutos
  Corporis infirmi carcere, falce necis.
Fortiter hoc toleret, mentem nec vexet, eoſdem
  Mortales homines ſe genuiſſe putet.



· SPHINX · ~

En tibi vir dextra nitidam ſpeculare columbam,
Huic læua viridis ſtatq; lacerta manu.
Cur et enim pingo Iuuenili flore virentem
Quidue Columba notat, quidue Lacerta virens
Corporaq; orborum mundi quid luce nitenti
Significant: fluuio mortua curue natant.

OEDIPUS

Hac pudor ingenuus, verecundia caſta refulget
Effigie, veræ ſimplicitatis honos.
[illegible]tum cuſtos verecundia fertur honeſta,
[illegible]us et fugiens, laudis amica ſimul.
G[illegible] depingo virum Iuvenilibus annis,
[illegible] Iuvenis nam verecundus erit.
Om[illegible] hæc quamuis ætatibus apta videtur,
Inprimis iuvenes attamen illa decet.
Candentem dextra cur nam gerat ille columbam
Simplex terrigenum nam pudor omnis erit.
Simplicitatis enim ſoror eſt verecundia vitæ
Innocuæ, teſtis caſta columba manet.
Atq; pudicitiæ lux, integritatis imago
In qua turpe nihil, credo videre potes.
Mitior et viridi velut eſt fera nulla Lacerta
Quæ ſit ſimplicior, quæ mage grata viro.
Quam manibus Iuvenes tractare ſuauius unquam
Nil poſſunt, nihil his gratius eſſe queat.
Simplicitas ſic eſt Iuveni coniuncta pudori
Amplectenda, nihil debet amare magis.
Si pudor in puero roſeus permanſerit, illum
Certo bonæ Iuvenem tempus in omne ſpei
Corporaq; arborum mundi quas luce nitenti
Significant, fluuio mortua cuncta natant
Corpora namq; inter Roſei defuncta pudoris
Natura hæc rerum fabrica ſigna dedit.
Iactentur tumidis ſi quando cadauera lymphis,
In fluuij medijs fluctibus atq; natent.
Corpora iactantur defuncta ſupina virorum
Fœminei ſexus corpora prona natant.



SPHINX:~

En tibi ſtat mulier plauſtro quæ vecta ſuperbo eſt,
　　Hanc Iunonis auis pauo, Leoq; trahit.
Dæmonis illa caput, pennas geſtatq; volucres
　　Circundat rutilans et diadema caput.
Et loculum cum verme tenet ſimul indice læuo
　　Et baculum dextra poſſidet illa manu.

OEDIPVS.~

Scribitur implicito damnoſa ſuperbia ſcirpo,
Quod vitium fragilis vitet oportet homo.
Nam ſummis grauiter virtutibus illa repugnat,
Non illa vitium tetrius eſſe poteſt.
Magnifico vehitur curru plauſtroque micanti
Nam grauis hæc Criſtas tollit ad aſtra ſuas.
Magnifice quicunque cupit ſupprema videre
Quam decet, vir faſtu, ſeu grauitate tumet.
Illa gerit pennas damnoſa ſuperbia namque
Creditur in celſo nata fuiſſe polo.
Angelicas nam cum turmas finxiſſet Olympi
Altitonans, ſedes et ſtatuiſſet eis.
Lucifer vir primus Radiante luce refulgens,
In cælo voluit compar adeſſe deo.
Cum ſociis inflatus erat, dixitque ſuperbe
Prælucebo meo lumine, Laude deo.
Inflataſque ſuas tollens ad ſydera Criſtas,
Ante deum ſcandam dixerat, ore graui.
Tunc deus Altitonans reſidens ſumma arce polorum,
Inflatam mentem tunc ſpeculatus ait.
Impie cur tales diffundis pectore voces?
Cur elata geris pectora? corde tumes?

.H.I.

Immemor esse tui quid eras dic ante creatus
  Quam esses? anne tuum vis superare deum?
Qui te formatum lustravit luce nitenti,
  Splendentemque tibi condidit ille locum?
Celsius in caelo tu quam deus esse cupisti,
  E caelo ast praeceps tartara nigra petes.
Luciferum deus Altitonans sociosque superbos,
  Tunc iecit miseros ad Phlegetontis aquas.
Qui nunc refulgebant formosi luce nitenti,
  Nunc faedi nomen demonis Ater habent.
Non caput immerito damnosa superbia gestat,
  Demonis ergo gerit. tempora vitta tegit.
Dicitur haec etenim sceleris Regina nefandi.
  Et radix omnis dicitur illa mali.
Haec vehitur pavone gravi, rabidoque Leone,
  Nam veluti gravior nulla Leone fera est.
Et tanta feritate ardet Rex ipse brutorum
  Dicatur, sic est vir gravitate tumens.
Fortis inest illi dominandi invicta cupido,
  Veget, et imperii sceptra tenere cupit.
Multicolor vehit hanc pavo invictusque Leo
  Est volucris pavo, namque superba gravis.
Formosas habet et pennas, quas pandere possit
  Ambulat illa gravi gemmea nomine gradu.

Sic inflatus homo faſtu qui pondere veſtes
Purpureas poſſit, Iactet et altus opes
Agglomerare graues paſſus ſolet, ardet amore
Regnandi, cunctos ſub pedibusq; iacit .
Quid notet hic baculus quod poſſidet indice dextro,
Sceptrum eſt inflatus quod tenet omnis homo.
Hunc quia Regnandi vexat damnoſa libido,
Inflant diuitiæ pectora ſæpe virum.
Quid notet hic vermis, ſcelerata superbia namq; eſt
Vermis opum, faſtus gignitur atq; bonis.
Ditem difficile eſt hominem non eſſe ſuperbum,
Sublato faſtu non bona crede nocent.



SPHINX:-

Quid notat hic nudo lacerata induſia geſtans
  Corpore, Vas eius fictile palma tenet.
Fert alia pomumq; manu, prope cōſpice vermes
  Et cum gramineo conſidet ille ſolo

Arboris alticomæ frondes luſtrato caden
  Sufflans cerne caput, nubila ſpiſſ
Quid notat ante caput ſufflans, cãdela
  Flumen? quid ludens mors violeta p

OEDIPUS:~

Hac hominis fragilem depingis imagine vitam,
Quæ brevis haud longo tempore stare solet.
Editur in lucem mortalis corpore nudo,
Illum pauperies et mala cuncta premunt.
Debilius mortale animal, nec nascitur unquam,
Protinus hunc natum mors fera falce necat.
Dum trahit ille moram læti presentis, et artus
Spiritus ipse regit, vita brevisque manet.
Effundit lachrimas, humectat grandibus ora
Guttis, et rabidus concitat ossa dolor.
Mox dolet, et tristi decumbunt corpora morbo,
Mox caput ægrotat, cætera membra dolent
Lætitia mox forte fremit, mox tristis et æger,
Cogitur indomitæ mortis adire viam.
Mox ætate viget, gaudens florentibus annis.
Mox hunc decrepitum cana senecta premit.
Hic simul urgetur capitalibus hostibus, illi
Tartareus princeps bella cruenta gerit.
Perniciosa caro miseram lustrare ruinam
Huius avet, mundus prælia sana movet.
Hos habet adversos hostes, qui mergere limphis
Tartareis illum tempus in omne volunt.

Terræ pictus homo dextro vas indice geſtat,
Hoc vitam fragilem denotat eſſe viri
At veluti terræ tenerum vas extat, et illud
Difficili frangi non ratione poteſt.
Viventis ſic terrigenæ ſtat vita caduca;
Hac ut debilius nil magis eſſe queat.
Cur ne ferat pomum veluti matura putreſcunt
Poma, viri cito ſic membra putredo capit.
Conſidet ille ſolo, nam vir manavit ab ipſa
Terra, frugiferam rurſus adibit humum.
Quos video vermes, mortalis vermibus eſca
Stabit, cum nigro defodietur humo.
Frondes fructiferi recidentes arboris iſtæ,
Vitam hominis monſtrant frondibus eſſe parem.
Et veluti zephirus frondes, aut horridus auſter,
Et boreas ſcindunt flatibus atque terunt.
Sic dolor, et morbus, febris ſic langor et omnis
Anxietas vitam debilitando ſecant.
Eſſe notant ſimilem mortalis (nubila) vitam
Nubibus, hæ fiunt, diſpereuntque cito.
Flans caput hoc hominis vitam notat eſſe rapaci
Perſimilem vento, qui flat, et ore ſonat.
Candelam veluti ſplendentem luce mitenti
Extinguit zephirus flamina parva creans.

Sic hominis res parua potest extinguere vitam,
Ipsa debilius nil magis esse potest.

Bulla velut vitam fluuij notat esse virorum,
Quae cito formatur, protinus atque perit.

Haec mors atra pila ludens, designat acerbe
Terrigenas mortis, mancipiumque ferae.

Haec hominem illudit, nec enim rapit ipsa putantem,
Haec nulli ignoscit, singula falce secat.

Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta
Non oblita tamen sed rapit illa senes.

Quaeque ruit, furibunda cadit, totumque per orbem
Fulminat, et caecis caeca triumphat equis.

Forsitan hunc sano nos corpore stare putamus
In cuius tenero est mors violenta sinu.

Et veluti folia arentes liquere Corollas,
Quae passim calathis strata natare vides.

Sic nobis, cupimus longam qui ducere vitam,
Forsitan includet crastina fata dies.

Hanc igitur fluxam debes contemnere vitam
Quaerere perpetuam tempus in omne stude.

H . IIII .



.SPHINX.

Oedipe mortales iunctas ſpecularis habentes
Palmas, flammigero mandatos conſpicis igni
Saccos, frangentem ferulam luſtraſq; potentem
Regem, faſciculum nitentem rumpere cernis
Atq; virum, ſacra templa vides, arceſq; micantes,
Exiguamq; domum flamma crepitante cremantem.

OEDIPVS.

Pingitur implicito falix concordia scirpo,
Rerum in principiis remanet concordia vitis
Velle ac Nolle ambobus idem, sociataq; læto
Non ævo, ac pacis dites concordia rebus
Mandantes flammis sacros, iunctasq; terentes
Palmas, Concordem pacem tutamq; quietem
Significant, mitis concordia maxima rerum
Quas homini novisse datum est, hæc una triumphis
Innumeris petitur, stat custodire salutem,
Et cives æquare potens spectare videtur
Ad mentem, stat sola quies mortalibus ægris
Pignus amicitiæ concordia dicitur: Urbis
Unanimes inter cives, regesq; ducesq;,
Nec refert dominos illic famulosq; requiras,
Tota domus duo sunt, iidemq; parentq; iubentq;,
Fædera concordes statuunt socialia cives,
Horum solus amor remanet, sic sola voluntas,
Dissidii ~~Nota~~ nulla viget, non divitis auri
Imperiosa fames, et habendi sæva libido,
Impellunt animos, mentes horumq; fatigant

Verum terrigenae totum scelus ore vomentes,
Sola quibus iucunda manet discordia rerum,
Seditio queis sola placet candensque cruorque,
Vnanimes nunquam concordi pace fruuntur,
Aspera corda gerunt, spumanti sanguine gaudent.
Mirifica vero Rex Maiestate refulgens,
Concordi qui pace frui cupit omne per aevum
Catholica pietate micans, ut pace perenni
Constabilire queat cives, ac horridus omnis
Armorum cesset strepitus, compagibus artis
Claudantur belli portae, furor impius intus
Saeva sedens super arma, et centum vinctus ahenis
Post tergum nodis fremat scaudens ore cruento.
Imprimis lites cunctas deponat oportet,
Litibus abiiciat saccos, omnesque refertos,
Flammiferis saccos mandet simul ignibus ipsos:
Aspera tunc positis mitescent secula bellis,
Vnanimes ac inter erit concordia cives.
Rex autem ferulam rumpens, homines que volentes
Frangere fasciculum, manibus penitusque secare
Significant quendam Clarum, Regemque potentem,
Gnatis summa suis quidnam Concordia prosit,
Monstrantem variis quidnam consensus et obsit.
Fasciculum gnatis iussit Resecare ligatum,
Cum se fasciculum perfringere posse negarent.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ

Αὐτὰρ τῷ γρίφῳ ἀτλήμονα φῶτα φανῆναι
Ἐλπίδα μηδεμίαν ὅς ἔχει, μίκροντα λόγου
Ὦ ἄν μηδεμία φιλότης, οὐδέν τε φρόνημα
Ἄγκυρα ἥν τοῖς πᾶσιν ἔχει, λόγος ἐστὶ βροτοῖσιν
Αὐτὴ καὶ γαλήνη σημαίνει πᾶσαν ἔρωτα
Οὐδένα καὶ γὰρ ἔχει λόγον, οὐδεμίαν καὶ ἔρωτα
Φίλτρον μηδὲν ἔχει ὑψιβρεμέταο θεοῖο
Πάντα μέγιστα πάθη ψυχῆς καὶ θάνατος αὐτόν
Χειμάζει, παρὰ τοῦ φιλτροῖο θεοῖο στενάζει.
Τίπτε ἔχει ῥαιφήν, καὶ αἰθαλόεντα σίδηρον
Καὶ γὰρ ἀτλημοσύνης, ῥαφῆς, πικρός, ἠδὲ σιδηροῦ
Ἐστὶν ἀραιοτέρη· σιωπὰν ἔχει οὔποτε παῦσιν
Οὐκ ἀνόμοι· δύναται τινὰ φαῦλα πενθέειν οὐδέ
Δάκρυα πολλὰ χέει, ἀλγεῖ, καγχλάζει, ἀθυμεῖ
Αὐτὰρ τλημοσύνη πάσχειν κακὰ πάντα ἐθίζει.
Σημαίνει τι νόον ῥέζων ὅτι εὖτε θωύκτης
Πρὸς πᾶσαν φθογγὴν ὅταν ἐνθυρίζεται αὐτῇ
Ἤμπερ ἐκεῖνος ἔθει ἴσχειν ἐξάπτεται αὐτῇ
Ὣς ἄρα τοῦ θυμοῦ καρθμοὺς περιτεμνέμεν οὐδείς
Ἐξάνυσι, πλὴν κραταιὰ λόγοι ἄλκαρ τὸ παροῦσιν
Ἁρμόδιοι, καὶ ἐντερπτοί, ψυχαῖς τε μάλιστα
Θεραπομένης, ὁρμὰς στέλλονται, καὶ γὰρ ἄπιστος,
Πᾶν βιότοιο γένος, πιστούσει λόγος, ἡμᾶς ἀμείβει.



ΣΦΙΓΣ:

Ατεμνόντα βροτὸν τῷ εἵματι σάρκα ἐν αὐτῷ
    Κρυπτομένη κόλπῳ δεξιὰ ἐς μάρῃ
Τεύχεα τῇ κορυφῇ καὶ σώματι οὐδὲ ἔχουσαν
    Τὴν γαμετήν; γυμνοὺς, τήνα ἔχουσαν πόδας
Λευκὸν τῇ παλάμῃ ῥόπαλον καὶ ἐκεῖνα ἀνέγκαι
    Σοὶ φιτεύει ἑτέραν εἶμα γυναῖκα· ὁρᾷς
Ὡς ὅσιμως μέλεται τὰ τεύχεα φορέα ἔχουσα
    Φαίνει δεξιτερῇ θηρία μικρὰ μάρῃ
Τὴν ὄρνιθα, μικρὰν μικρὸν ἐπὶ αἰθέρι σάρκα πτάουσαν
    Σημαίνει τι ἅπαν λέξον ἄφελμα ἐμοί.

Sic inflatus homo faſtu qui pandere veſtes
Purpureas poſſit, iactet et altus opes.
Agglomerare graves paſſus ſolet, ardet amore
Regnandi, cunctos ſub pedibuſque iacit.
Quid notet hic baculus quem poſſidet indice dextra,
Sceptrum eſt inflatus quod tenet omnis homo.
Hunc quia Regnandi vexat damnoſa cupido
Inflant divitiae pectora ſaepe virum.
Quid notet hic vermis, ſcelerata ſuperbia namque eſt
Vermis opum, faſtus gignitur atque bonis.
Ditem difficile eſt hominem non eſſe ſuperbum,
Sublato faſtu non bona crede nocent.



SPHINX.

Fortibus aſpicias vallatam mænibus vrbem,
   Decrepitum ſuper hac turre videto ſenem.
Innumeras rerum ſpecies luſtraſq; puellas
   Quaſue manu varias res ſpeculare gerat.
Quid notat hic Iuuenis primæuo corpore gaudens
   Stans in turre, humeris arma cruenta ferens.

OEDIPVS.

Pingitur effigie morti propinqua ſenecta,
Illa iuuentutis floribus orba cadit
Hæc venit properata malis inopina ſenectus
Et dolor ætatem iuſſit ineſſe ſuam.
Intempeſtiuique funduntur vertice cani,
Et tremit effeto corpore laxa cutis.
Accedit mors lenta gradu, nam his partibus ætas
Deficit et pigris greſſibus ima petit.
Non habitus, non ipſe color, non greſſus euntis,
Non ſpecies eadem qua fuit ante manet.
Labitur ex humeris demiſſo corpore veſtis
Quæque breuis fuerat ſtat toga longa ſeni.
Contrahitur, miroque modo decreſcit, et huius
Mollia diminui corporis oſſa putes.
Nec cælum ſpectare licet, ſed prona ſenectus
Terrā a qua genita eſt, et reditura videt.
Fitque tripes prorſus, quadrupeſque vt paruulus infans,
Et per ſordentem flebile ſerpit humum.
Ortus cuncta ſuos repetunt, mortemque requirunt,
Et redit ad nihilum, quod fuit ante nihil.
Hinc eſt quod baculo manibus cinctura ſenectus
Aſſiduo pigram verbere pulſet humum.

Cana sit haec quamvis tristi squallore referta
Ætas, consilijs attamen illa valet.
Magna fuit capitis quondam reverentia cani,
Inque suo precio ruga senilis erat.
Nec nisi post annos patuit tunc curia seros,
Nomen et ætatis mite senatus habet.
Verba quis auderet coram sene digna rubore
Dicere? censuram longa senecta dabat.
Utitur auspicio florens Urbs illa beato,
In qua consilium stare senile vides
Hæ quæ sunt anguem, laurum, vasa, atque columnam
Gestantes: sunt haec arma ferenda seni.
Virtutes sunt nempe sacræ, quæ quattuor extant,
Obsitus has annis tempus in omne colit.
Virtutes amat, ingenuas amplectitur artes,
Consilijs Iuvenes adiuvat ille simul.
Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces
Pandit magnifica, laudis iterque seni.
Nam modo non census, nec clarum nomen avorum,
Sed probitas magnos ingenuosque facit.
Marmora Mæonij vincunt monimenta libelli,
Vivitur ingenio, cætera mortis erunt.
Armatus Iuvenis fœlicem denotat Urbem
Quam iuvenes armis viribus atque tegunt.

Est fortis Juvenis, neqꝫ enim Robustior ætas
Ulla, nec uberior, nec magis ulla flagrans.
Dum iucunda viget primi tibi temporis ætas
Utere, nam tardo labitur illa pede.
Arma decet Juvenem simul exercere iuventam
Turpe est segnitia transiluisse tibi.
Imperat ipse senex, Juvenis robustus obedit:
Præstat consilium quod dedit ipse senex.
Nrea senis sic consilio clara oppida florent.
Quæqꝫ etiam iuvenum robora, et magna tegunt.



SPHINX:

Effigie luſtratur homo: ſtat in ædibus orbus
Lumine, vas gerit exiguum: verſatur et idem
Regificos inter luxus, claraſq; choreas:
Alteriuſq; oculo ſtramen ſpeculatur aperto
Nec tamen ille trabem cingentem lumina cernit,
Iſte quis eſt cupiens metiri lampada ſolis,
Altaq; ſcire volens quam Cynthia luna refulget.

OEDIPVS.

Plurima curantem Sphinx pingitur imagine sculpta
Mortalem, qui semper amet cognoscere noxas
Alterius, premit hunc livor, certamina, rixas
Ille parit, quid et ergo domi notet iste quiescens
Limine privatus, stat homo qui singula curat,
Caligo Inscitia cuius terebrant ocellos,
Qui sua non tantum noscens errata nefanda,
Invidet, ac alios risu excipit, arguit omnes,
Carpit, et errores notat, ac in vase recondit
Crimina facta sua, hac tenet alta mente reposta,
Dissidium persæpe parit, gignitque querelas:
Magnificas inter choreas quid denotet idem,
Alterius qui oculo stramen speculatur aperto,
Nec tamen ille trabem velantem lumina cernit:
Plurima nam curans egressus ab edibus altis
Huc illuc volvens oculos, totamque pererrans
Luminibus tacitis, aliena negotia cernit,
Alterius noxasque videt, sua facta nefanda
Oblitus, placido laxat risuque labella
Conspiciens stramen socii, quod forsan ocello est:

Nec tamen ille trabem velantem lumina cernit:
Plurima vir curans, quia nam reprehendit, et edit
In lucem quæ cuncta videt peccata proterva
Patrare: ſua non ſpeculatur crimina, ridet,
Diſplicet atq; viris, quidnam ſit cuiſq; cavendum
Oſtendit, noxas totam volitare per urbem
Efficit ille virum, multaſq; errare per aures,
Proterit ipſe tamen pedibus quæ crimina patrat:
Nec videt attonitus ſtudiis aliena ſciendi
Plurima qui curat gaudet perſæpe choreas
Noctis amat tempus Regales pergit ad ædes
Et clari quid agant cives, ſummiq; dynaſta
Quærit ut illorum facinus reprehendere poſſit,
Diſpliceat quod ei cum crimine nititur omni
Irridere: domus oculos defigit in omnes
Partes, ut vacuum quiddam luſtrare parata
Compoſito poſſit quod carpat, et excitet ore
Indecorem riſum quicquid bonitate perenni
Conſpicit ornatum linquit, mala ſola Requirens.
Quid notet iſte [ipſe] iubar radiis inſigne coruſcis
Metrici ſolis cupiens, quam ſplendeat alta
Luna ſimul quærens, curantem plurima monſtrat

Οἰδίπους.

Αἴνιγμα γράφεις τῆς ἀκρασίας ἔμπλειον ἀγλεύκους
    Τῆς φρενὸς οὗ αἰσχρᾶς ἐστὶ πάθημα κακόν
Ἠδὲ λόγος κακιῶν μεστός, τὰ πρὸς ἄκολα φαῦλα
    Ὁρμή, ἐπιχθονίου φωτὸς ὄρεξιν ἄγει
Ἀκρασίας μεστὸς μάχεται οὐ παύσμασι μοχθός
    Καὶ σπάσται πρὸς ἅπαν πάντοτε πρᾶγμα κακόν
Σημαίνει τι γυναῖξ σιτιῶν μεστὴ τράπεζα
    Βρώματα εἴσφορος λειριόεντα μαμῶ
Μητέρα τοῦ αὐτοῦ ἀφροδίτην ἡμμέναι ὑμνεῖ
    Λαγνείας καὶ ἐρῶ, μοιχοσύνας τε φιλεῖ
Τί γελλὸς στείνει, δίφρον μύκλωτε σπάουσα
    Εἴδωλον φράζει ἀνέ[...]σιν.
Ἤτε αἰσχρότερον μηδὲν [...]
    Καὶ ἀνολαστότερον [...]κλυς
Ὡς ἄρα ἀκρατέος μηδὲν π[...]μολον ἄθλον
    Τῆς πόρνης οὐδὲν μᾶλλον ἔνεστι σιφλόν
Τίπτε ἄνευ συρτῶν σπάσται· ὅτι ἥνιον οὐδέν
    Ἠδὲ λογὸς μηδεὶς ἀκρατέεσσι τέλει
Οὐδὲν ἔχουσι σωροῦ θνητοῦ πεπνυμένου ἡμέν
    Οὐλομένας ὁρμὰς μυχλοὶ ἔχουσι μόνον.



.SPHINX.

Fœmina iuncta viro magna circumdata turma
En tibi gnatorum ſpectatrix et vbere lactat
Hæc puerum, dexſtram vir cur ad ſydera palmam
Extollit, læua pueris monſtretq; puellam
Quæ lances anguemq; gerit. quid dædala perdix,
Anceps ante ipſam? pullos cur aggregat omnes?
Quid notet hæc glocitans criſtati fœmina galli?
Quæ pullos geſtat, volucrem terretq; volantem.

OEDIPUS

Effigies erga pueros demonstrat amorem,
Quo charus verusque parens ardere tenetur.
Effigie simul omnis amor patet ipse ferarum
In volucres, erga pullos, foetusque tenellos.
Pingitur hic etenim cum pullis garrula perdix,
Pingitur ac anceps: perdix hac monstrat amorem
Quo flagrat in genitos foetus, pullosque tenellos:
Prolis amor facit ex timidis animalia multa
Fortia, segnitiem in studium convertit acerbum
Et multum studiosa facit, multoque labore
Dedita, parca simul reddit, curaque perenni:
Cum perdix cupido se cernit ab aucupis armis
Vexatam, molles volitare per aera pullos
Desinit ante suos: sequitur quos deinde, cruenti
Aucupis Insidias fugiens, ac ferrea tela,
Praeterea celeri cursu praevecta quiescit
Retia conspiciens seu spicula saeva nefandi
Aucupis ingenti spatio distare, suosque
Convocat hac pullos, quos congregat ubere lactans
Atque fovens, cum deinde feri videt Aucupis esse
Proxima tela, fugit pullos et disgregat ante
Efficit ut volitent, revocat quos carmine dulci,

Cum videt inſidias longe Aucupis eſſe remotas
Defeſſos recreare ſolet, ſic ducit eoſdem
Et tali ratione meat, pulloſq; gubernat,
Sit teneros dum cernit eos extare periclo
Immunes vitaſſe ſimul tela aucupis atri.
Quid notet hæc glocitans Criſtati fœmina galli,
Nam gallina ſuos fœtus conducit, alitq;:
Hos gremio Recipit, tenero ſub ventre Recondit,
Atq; gerit dorſo, volucri deffendit ab omni
Adverſa, comitatur eos diſcrimina pellit
Cuncta nec ad rigidam mortem pugnare gravatur,
Tuta ſit illorum depulſis vita periclis,
Sola caduca viri multum natura quibuſdam
Diſplicet, hæc etenim miſerabilis eſſe videtur,
Matribus exiguus miſerando tempore noſtro
Eſt amor in gnatos, nam quos genuere frequenter
Mortis adire viam cogunt: vix lacte nitenti
His præbent alimenta ſuo nutricibus illos
Sæpe ſolent mandare feris, quæ corpora fœdis
Gnatorum efficiunt maculis, Meretricibus atris
Committunt perſæpe, necem pueriſq; nefandam
Important: Matreſq; ſuo vix ubere lactant
Infantes, feritate feros ſuperare videntur,
Aſperitate canes ſuperant, rabidoſq; leones

Ergo ſuis alimenta parens præbere tenetur
Gnatis, ſi vera genitricis nomine gaudet
Et monſtrare viam tutam, ſine crimine vitam
Qua ducant, valeantq[ue] poli conſcendere ſedes
Fæmina quid tenero puerum notet vbere lactans
Et quis homo talem aſpiciens, quid pulchra puella
Quæ geſtat manibus lances, anguemq[ue] virentem,
Nam rerum natura parens ratione creavit
Reſplendentem hominem, radiantis Numen Olympi
Vt coleret, ſummumq[ue] decus præberet in omne
Tempus, in eximio gnatos ~~[illegible]~~ amore
Atq[ue] dei, aſtræamq[ue] colant, Legeſq[ue] ſtatutas
Conſeruent, talis debet dilectio prolis
Eſſe, ſimul natura iubet, mandatq[ue] tenellis
Hac pueris habeant meritos, charoſq[ue] parentes



:SPHINX:~

En tibi ſtat mulier dextra metuenda capillos
Quæ trahit, ancipiti conſidet illa globo.
Læua curue manu rutilans diadema laborat
Tangere, quid nebulas ſignificare putas.
Quid ſemiluna micans notet hæc? quid mane ſepulchrum?
Quam paſtor fluuio, conſpice, mergit ouem.

.OEDIPVS.-

Peſtifera hæreſeos ſcelus intolerabile pingis,
Eſt tanquam Rigidæ peſtis acerba lues.
Nec tam peſtis obeſt late loca cuncta peragrans,
Quam nova Relligio fictaq; ſecta nocet.
Propoſiti ſolet eſſe tenax, et vivit inique,
Qui ſemel hæreſeos nigra venena bibit.
Dum viget hæreſeos monſtrum, ſunt mille nocendi
Artes horribiles, pax retinenda perit.
Hæreſis innumeros ſpecioſo fallit amictu,
Inter ſe Reges prælia ſæva cient.
Diſtentis pereunt Mucronibus omnia, peſtis
Hæreſeos pacis commoda grata necat.
Lana cruene manu rutilans diadema laboret
Tangere; peſtiferum denotat omne ſcelus.
Denotat: hæreticus Regali vivere more
Namq; queat, Regis ſeu diadema ferat.
Regifico vitam luxu traducat in orbe,
Omnibus ac opibus ſit cumulatus homo.
Impius hic falſas ſectas reperire laborat,
Per mentes hominum tetra venena iacit.
In Regem, clarosq; viros, hominesq; potentes,
Concitat infectos Relligione nova.
Sic fera bella parat, florentes deſtruit urbes
Sternit humi ſummo templa dicata deo.

Quiſquis ficta iacit tetra mendacia mente,
Qui verum abſcondit, mortis vterq; reus.
Qui verum occultat quia nam prodeſſe recuſat,
Et qui falſa canit, namq; nocere ſtudet.
Cur ſuper illa globum ſedeat, Nam lucida peſtis
Hæreſeos, nunquam firma vigere poteſt.
Cernitur inconſtans multum variabilis, omni
Eſt ſimilis vento, par dubioq; globo.
Nubila cur pingas: nam nil capitalius odit
Inſcitia deus, et Relligione noua.
Eſt odioſa deo temeraria cuncta ſupremo
Inſcitia, hæreſeos quæ fera monſtra parit.
Inſcitiæ qui ſe nebularum cingit amictu,
Hic miſero multum viuit in orbe miſer.
Quid ſemiluna notat; Veluti Phœbi Inclyta cornu,
Incrementa capit, capta Remiſſa facit.
Nequaquam dyctinna ſtatu Remanebit eodem,
Noctiuagos varie Menſtrua ducit equos.
Hæreſeos ſic dira lues cum pullulat ingens,
Augmentum variis motibus illa capit.
Firma nec eſſe poteſt, multum variabilis extat,
Horrida Chriſticolis diſplicet illa viris.
Radices nullaſq; poteſt emittere certas,
Semper in ambiguis errat acerba viis.

Quid tumulus vacuus, notet hoc et inane sepulchrum,
    Hæreticum tumulo denotat esse parem.
Hæreseos captis laqueis quicunque tremendis
    Cernitur, in tenebras precipitesque ruit
Hic simul in tumulo vitam traducit inanis
    Audet inaccessi rumpere iussa dei.
Sacratos falsis rationibus ille libellis
    Explicat inficiens mollia corda virum
Audet criminibus mentem vitiare nefandis,
    Quicquid agit scelus est, Nil bene pravus agit.
Morbida quid designet ovis, quam proiicit iste
    In flumen pastor, nec cupit esse suam.
Putrida sicut ovis tenero Removetur ovili,
    Ne per eam pecudum forsan ovile cadat.
Hæreseos maculis tactos, captosque veneno,
    Vt putridas carnes sic Resecare decet.
Lucida ni forsan spargentes toxica, mundum
    Inficiant totum Relligione nova.



SPHINX

Quid pede conculcans tabulas vir denotat iſte?
  Pindaricam manibus cur gerit ille Lyram?
Cur et Apollinea male fila ſonantia adornat?
  Ipſe chelis: quid mors Oedipe picta notat?
Iſte quis eſt tabulas complectens indute Lano?
  Quam tenet et dextro quidue corona notat?

OEDIPUS.

Hac tu Latiferum depingis imagine Legis
Spretum, quem fragilis vitet oportet homo.
Abiiciens pedibus tabulas vir dicitur amens,
Qui solet Altitoni rumpere iussa dei.
Nec metuit Regum venerandas frangere Leges,
Conculcans pedibus Iurea statuta suis.
Cui solum in tenero vivendi cura palato est,
Cui solum misero vita ferina placet.
Cui dea sola Venus, colitur, dea sola Voluptas
Grata est, qui dapibus viscera sola replet.
Ille nec Astræam novit, Nec iussa tonantis,
Perpetrat horrifici criminis omne genus.
Est immundiciæ famulus, sceleris[que] nefandi,
Ardua virtutis castra sequenda negat.
Mors notat ista virum tetris sevire solentem
Criminibus, pede qui iura statuta terit.
Qui mentem vitiis gaudet maculare nefandis,
Qui ferus humano sanguine tingit humum.
Et qui Luxuria fervet, simmina ardet et ira,
Cui gula sola placet, quive aliena capit.

Tandem luctifica terrenda falce ſecari
  Mortis ſupplicium triſte aliquando feret.
Vel ſuſpenſus erit crucibus, vel membra ſecabit
  Tortor, Biſtonio rumpet et enſe caput.
Et calido rigidas perſolvet ſanguine pœnas
  Aut huic perpetuę præmia mortis erunt.
Cur ſecat ille chelyn, palmis, aptare laboret
  Cur et eam, reſonent cum male fila lyræ
Non ſecus ac etenim mentes perturbat, et aures
  Importuna ferit, ſeu male flexa Chelys.
Sic qui non metuunt leges violare colendas,
  Optima nec Regum Rumpere iuſſa timent.
Inuiſi ſunt terrigenis, qui talia cernunt,
  Crimina qui patrant, qui ſcelus omne vident.
Vir ſceleratus amat dulces turbare bonorum
  Mentes, hunc odio vir probus omnis habet.
Alter qui tabulas amplectitur Iudice Læuo,
  Vir probus eſt ſacra qui pietate micat.
Et prius Incipient turres vitare columbæ
  Antra feræ, pecudes gramina, Mergus aquas.
Aſtra ſolum ferret, cælum, coleretur aratro,
  Vnda daret flammas, et daret ignis aquas.
Leges eximias quam vir probitate refulgens
  Frangat, nec Regi pareat ille pio.

Nec quæ Christus ei preſcripſit iuſſa capeſcat,
Optaret potius mortis adire viam
Huius dextra tenet vittam, præcepta Tonantis
Preſtanti quianam cælica vitta datur.
Cælica regna petit, terreſtris tempore vitæ
Lapſo, qui Christi Juſſa ſuperba colit.
Non igitur populus leges violare tenetur
Sacratas, ſine queis non domus eſſe poteſt.
Queis ſine non natura poteſt exiſtere rerum,
Queis ſine non orbis Machina ſtare poteſt.



SPHINX.

Hac hominem toto luſtrato corpore nudum
Effigie, faciem ſuperos qui tollit in orbes:
Et quid verſa notat quam conſpicis, arbor, et iſte
Mundus, gemmiferam vir cur gerit iſte coronam:
Sub pede curue bruta ac cuncta rationis egena
Ipſe habet: iſte ſenex ſuprema palatia flectens
Quid notat? angueis implicitam diſſolue ſagenam

OEDIPVS.

Pandit imago virum quem toto corpore nudum
Et medium depingis: homo nam ſolus inermis
Eſt factus ſine velatu, ſine veſte creatus,
Munitus tamen eſt vallo rationis, in alta
Quam natura parens capitis fundavit in arce
Mandatricem operum, proſpectivamq; Laborem,
Quid notat hæc vaſti quam terris Machina mundi,
Terrigenum parvum mundum notat eſſe creatum,
Quo nihil Altitonans finxit divinius unquam,
Nec mage conveniens rerum queat eſſe parenti,
In ſummo capitis terreſtria vertice geſtat
In mediis flammata gerit, denteſq; ſuperne
Inferneq; ferens alios, ventriſq; triumphat.
Qui micat ex oculis ignis contrarius extat
Natura, qui ventriculo calet ignis in imo,
Contra flammivomi naturam ſtare videtur
Ignis: terrigenum ſicut tamen omnia recte
Hæc decorant, multis ſic Machina partibus orbis
Terram habet, in multis ignes, ac aera, Limphas
Undanteſq; tenet: non ſit ornata neceſſe
Omnia ſint elementa, ſed hæc ratione iubente
Sunt ſita, namq; ſua non ſunt Levitate locati
Parte oculi, nec cor poſitum gravitate videtur
Pectore ſub niveo: ſed utrumq; a Numine fultum

Vtilius quoniam fuerat, non ergo putemus
Partibus hunc mundi prolapsam pondere terram
Esse suo, lumen solis leuitate nec orbi
Elisum, spatio nec splendida sydera cæli
Accepisse locum: quoniam ast Ratione regente
Luciferi sunt tanquam oculi sub fornice cæli.
Sol cordis dominus radianti luce calores
Mittit, terrarum et flammis opera omnia lustrat.
Vtitur et natura mari, pelagoque, soloque,
Non secus ac animal ventre assolet omne potiri:
Est inter Cybelem, Luna, et Tytana locata,
Vt iecur inter cor positum ventremque situm stat.
Quid notet hæc euersa arbor quæ picta videtur;
Denotat esse virum plantam quæ fixa iacentis
Non terra est, uerum cælesti stirpe creata:
Non secus ac flores primum fert tempore veris
Arbor deinde solet virides emittere frondes,
Denique maturos fructus producit odore
Nectareo et plenos, homo sic ætate vigente,
Temporibusque suis multa virtute repletur,
Artibus ingenuis madet, ingenioque virescit,
Hectoreas carpit vires, et robora firmat.
Cur autem faciem superos extollat ad orbes?
Est quia cum vastam lustrent animalia terram
Omnia prona, Deus mortali tradere vultum
Sublimem voluit, radiantia lumina Iussit

Cernere directis oculis. cur ille coronam
Gestat? habens pedibus terræ bruta cuncta locata?
Namq; creatarum rerum vir numine summo
Confectus dominus præest animalibus, herbis,
Piscibus et ponti, terrestribus omnibus una
Fructibus, imperio flectit quæcumq; creavit
In terra altitonans numen, Moderator Olympi
Quid notat iste senex qui summus ab æthere celso
Cuncta videt? mortalis homo cur inter eundem
Atq; brutum teneat medium: nam prædita quadam
Pars ratione viri est, mens scilicet, altera prorsus
Est omni ratione carens, mens conspicit, audit,
Et ratio, fabricata homini sunt cætera surda.
Et veluti nox atra cava circumvolat umbra,
Ni sol splendenti ~~[illegible]~~ collustret lampade terras
Sic reliqui sensus poterunt non esse valentes,
Ni mente et vera semper ratione regantur.



SPHINX.

Quid flammata notat mulier, quæ pectora rumpit
Enſe viri, quis homo cui lumina morte reſignat?
Purpurei ſpeculum cernas in pectore cordis.
Quod lectum? quis homo ſpeculum qui geſtat, et offert
Iſti homini? quid ſignificant hæc nubila? Luna
Et quid in his depicta notat? mihi ſoluito ſcirpum.

OEDIPVS

Iræ hac naturam ferventis imagine pingis
Irati nunquam pectus miſeratio tangit.
Ira qui rabie flagrat, præſtare tonantis
Nunquam iuſſa poteſt, vacuus ratione videtur,
Nam face ſuppoſita fervescit ſanguis, et huius
Scintillant oculi, fervet pars corporis omnis.
In iaculum quodcunqz gerit dementia mutat,
Omnibus armatur rabies, pro cuſpide ferri
Cuncta volant dum dextra ferox in vulnere ſævit:
Pro telo geritur quicquid ſuggeſſerit ira,
Ora furore tument, nigreſcunt ſanguine venæ,
Lumina gorgoneo reſplendent ſævius angue.
Quis ſit homo cuius coniecto corpora rumpit
Hæc iaculo, ſtat ſtultus homo latus haurit apertum
Huius fulminei nam tanta furoris et iræ
Vis eſt, vt ſtultum læthali vulnere ſternat
Irato maledicta viro ſeu verba proterva
Si referat, cum Iudicio, mentiſqz ſit expers.
Diſcordes hominum facit iracundia mentes
Hac quicunqz flagrat, non ſuccenſere tonanti
Formidat, capitale parit ſæpe inter amicos
Diſſidium, varias mentes agit illa virorum
Illa feris etiam ratione carentibus omni
Succenſet, Nec mente poteſt expertibus vnquam

Parcere bellatorem rebus, ratione carentem
Efficit illa virum, rubei ſtat cauſa cruoris
Irati proprium, fuerit ſi læſus eundem
Morte necare teneri, tetrumque infligere vulnus
Hunc, quo forte fuit maledictis pulſus iniquis,
Stultitiæ ſtat principium, rigidique furoris
Prælia ſæpe parit, movet horrida bella frequenter.
Quid notat hæc teneri ſpecies in pectore cordis
Nam ſummo capitis ſita ſtat ſub vertice mentis
Pars ratione valens et quæ eſt rationis egena.
Unde venenoſæ vis effera profluit iræ,
Eſt in purpureo Mortalis corde locata.
Ardet, cum vir enim violenta percitus ira
Mollia corda cruor cingit rubicundus, et omnes
Corporis inflammat partes, et ſæpe quietas
Perturbat mentes, tempeſtas ſæva perinde
Excitat indomitos motus, ac preſtat ut ambo
Ardeſcant oculi, fremat os, et lingua vacillet.
Et nunc ora rubor capiat, nunc pallor et adſit.
Denotat hoc lectum dulci nihil eſſe quiete
Irato melius, nam cum ſit corpore toto
Turbatus, ſomnus ferventem diluet iram.
Cur ponas hominem ſpeculum qui geſtat et offert
Irato: nam vir violenta turgidus ira
Contorquens faciem in ſpeculum circumſpicit artus
Ardentes, turpem vultum, furioſaque membra,
Et ſic ſæpe ſolet rabidum placare furorem.

Turbatam faciem cernens, totamq; rubentem,
In speculo tristes iras nec corde volutat.
Et quid designent hac nubila? Cinthia quidue
Parta notet sub eis; veluti Titania coniux
Splendida cuncta simul per nubila sydera fulgent.
Maiores sic res facit implacabilis ira
Nam per eam sape est tanta feritate magister
Exigua ut ductus servum ratione flagellet.
Quod famulus forsan spreuit praecepta magistri,
Vel quianam mensas vertit quandoq; refertas
Hic dapibus, recte vel quod non cuncta parauit
Ergo ne dederis spatiosum tempus in iram,
Hanc artis frenis hanc tu compesce Cathenis.

J'aimerois bien ma petite soeur
si elle n'etoit pas si sotte
20 8bre 1441
de foudras
A bayere



SPHINX:

Aſpice coniunctos homines hoc Oedipe ſcirpo,
    Candidaq; hos palmis oſſa tenere ſuis.
Iunctas cerne manus, quid in æthere denotat annis
    Obſitus iſte ſenex, qui loca celſa colit?
Decrepiti qui ſunt homines quos vertere terga
    Conſpicis, hunc ſcrupum ſoluere perge vafer.


OEDIPVS:

Hæc tua connubium demonſtrat imago, iugales
Et thalami thædas, compoſitoſq; thoros.
Hi qui ſunt homines manibus cana oſſa gerentes,
Eſt vir, et eſt vxor, quæis ſocialis amor.
Oſſa tenent, coniux ex oſſibus ipſa mariti
Nam fabricata fuit, carne creata viri.
Nam poſtquam rutilos cælorum finxerat orbes
Altitonans, pingerem cumq; creaſſet humum.
Formaſſetq; virum ſumma ratione valentem,
Cuius erant poſitæ ſub ditione feræ.
Vxorem ille ſimul comitem formare cupiuit
Vt daret auxilium, ferret opemq; viro.
Illam carne viri formauit, et oſſibus: illam
Cumq; viro voluit iungere vincla thori.
His coniuncta manus ſtat, namq; maritus et vxor,
Non debent parti rumpere iura thori.
Nec ſociale decet diſrumpere fœdus, amica
Sed ſeruanda viro eſt tempus in omne fides.
Connubio iuncti ſocialia fœdera iungent,
Inter eos ſummi pignus amoris erit
Impia nec varias capiet diſcordia mentes
Vnanimes et erunt, pectora chara gerent.

Et potius charam maluit profundere vitam,
Quam quoddam simul hi turpe patrare scelus.
Quid notet iste senex qui summus ab æthere celso
Cuncta videt (deus est), cælica regna colens.
Qui Cybele facta, cælestiq; orbe creato,
Divisis tenebris compositaq; die.
Cum mare ceruleum, et Neptunia regna creasset,
Formasset species cunctaq; fluentis aquæ.
Ac terram ornasset lignis, herbaq; virenti,
Implenisset humum fructibus atq; bonis.
Et cum squamigeris cumulasset piscibus undas,
Sub cælo aligeras cum posuisset aves.
Finxisset patulæ cum cuncta animantia terræ,
Fecit ad effigiem composuitq; virum.
Quem cum uxore simul iunxit, benedixit eisdem,
Corporis in virtum cunctaq; donat eis,
Crescite, sunt subiecta soli cuius omnia vobis,
Compositumq; hos volunt sollicitare thorum.
Connubij statuit sacramentumq; colendum,
Quod pactum nunquam rumpere debet homo.
Ut dilecta fuit pastori Ecclesia Christo
Sic vir et uxorem cunctus oportet amet.
Vertentes qui dorsa senes, pressiq; senecta,
Significent homines quidue notare velint.

Iunctorum ſunt connubio materq; paterq;,
Deſerit, exultans quos homo ſorte thori
Vt facile pactos exerceat vir hymenæos,
Et cum dilecta coniuge tutus eat.

Fædera ſeruentur ſocialia ſemper oportet
Legitimo maneat fædere iunctus amor.



ΣΦΙΓΣ

Ἐν τῷ ἀσφαϊελῷ τὴν στέρχει γυναῖκα φέρουσαν
Κυμβαῖον, παλάμῃ ἣ καταπέσσει ὕδωρ
Δέ… ιας παμμήτορα φοῖβον
… αὐτίκα τοῦτο λύε.

ΟἸΔΙΠΟΥΣ

Ἐγκρατείας ἀρετὴ γράφεται τῷ σχήματι αὐτῷ
Λαγνείας ἐπέχειν ἐκ φρενὸς ἧπερ ἔθει
Ἡ ὁρμὴ χρῆσθαι λόγου ἄρχουσαν αὐτῇ
Πράγμασι, καὶ μεγάλην μετριότητα τιθεῖ
Εὖτε ἄωρ αὐτὴ παρασβέσον χεύμασι ἄρσει
Τῆς διὰ ἀβροχίας, καύματος ἠμὲν ὑγροῦ
Καύματος ἠμὲν ὑγροῦ, αὐρόσιν ὅγε φοῖβος ἀμάλλει
Εἴαρος ὄκκα χρόνος τῆσδε θέροιο τέλει.
Ὡς ἄρα μετριότης ἀρετὴ ὅτι ἐστὶ καλίστη
Τοῦ, ἀγαθοῦ, θυμοῦ ἢ τὸ πάθημα ποιεῖ
Τῷ ῥα πρέπει ἡμῶν φαῦλον τὸ θέλημα περισπᾶν
Κιρνᾶν προφρονέως προσπάθειαν καὶ ὅλην
Πάντοτε συμμετρίαν τιθέναι ἐν βρώμασι, σάζειν
Πᾶσαν ἐπιστασίαν, κοσμιότητα σκέπειν.



SPHINX:

Oedipe mortalem ſplendenti lumine cernas
Orbum, Cui læva eſt Anchora picta manu.
Ille gerit dextra ferulam qua naſcitur hoc, (Vox)
Et quid ſignificat falcifer iſte ſenex?
Quid Conſtata manu dextra crepitacula? velox
Bellua ſub pedibus quid notat iſta viri.

OEDIPVS:

Pingitur auditus praeſtantia, Neſcius omnis
Exaudire, ſonus ora monere nequit.
Spargere cum cupimus voces, et fundere verba,
Et dare Reſponſum, dicta videnda prius.
Dicta videnda prius, quae quiſquam pectore fudit
Et figenda animis, fixaque deinde loqui.
Eſt caecus, nam cum mortali lumina deſunt,
Dirigere nequit et cernere quicquid avet
Viſus et exiguum detractus poſſidet uſum
Tunc hylare auditus percipit aure ſonos.
Curue gerat ferulam dextra qua naſcitur hoc. (Vox)
Percuſſus ferula nam ſonat aether ea.
Dicitur audiri liquido ſonus aere laeſo,
Percipimus fuſos hac ratione ſonos.
Effigie quid et ipſa notent crepitacula picta,
Diro perſpicuos illa notare ſonos.
Penniger iſte ſenex notat irrevocabile tempus
Namque fit auditus tempore, voce, ſono.
Anchora picta manum rationem denotat, alta
Quam capitis ~~ſumma~~ fingit in arce deus.
Auditus ratione magis durare oportet,
Non affectus enim flectere debet eum.
Auditor bonus arrectis ac auribus adſtat,
Curarum tollit pondera cuncta ſimul.
Non hunc impietas premit, eſt audire paratus
Reſponſa et fuſis vocibus apta refert.
Frenabit motus animi, placare tumultus
Nitetur, fugiet turpia verba loquens.
Quid notet hoc animal, lepus eſt, velocius illo
Quo fera non extat, quae trepidare ſolet.
Denotat auditum pavidus lepus, ille paratas
Aures ac celeres tempus in omne gerit.



SPHINX

Conſpice velivoli ſalientis æquoris vndas,
    Glaucaq; findentes æquora cerne rates.
Fortibus aſpicias vallatam mœnibus vrbem
    Iſte quis eſt manibus claſſica rauca tenens
Quid notat hæc mulier lancem quæ geſtat et enſem?
    Quid crux ſignificat? quid ſacra templa notant

OEDIPVS:

Florentem sphinx hæc vrbem demonstrat imago,
Quam decorat veræ Relligionis honos.
Hoc mare velivolum ratis hæc, hominesque profundum,
Quos fragili video puppe secare fretum.
Multas esse notant ratibus currisse per vrbes
Pulchrum, pulchrius has sed coluisse ferunt.
Sunt homines etiam præbentes carbasa ventis
Mercibus est quorum pene referta ratis
Velorum pandunt alas, curruntque per æquor.
Vt validas merces vendere in vrbe queant.
Iste tubam manibus gestans notat esse beatam
Vrbem, quæ sola Relligione micat.
Vnius et voces præconis qui auribus haurit
Vna quiue solet lege nitente regi.
Huius conditio credo est miserabilis vrbis,
Flectere quam non Lex principis vna potest.
Relligio quam vera fugit, quæ iussa tonantis
Rumpit, et hæreseos crassa venena bibit.
Quamue duo cupiunt moderamine flectere Reges
Quamue duæ leges, et duo iura premunt.

Ferrea tunc ætas duo cum moderamine Reges
  Regna regunt, nullum deteriusque malum
Civibus obtingit, dominis servire duobus
  Dissimilis est, variis Legibus atque regi.
An ne duos Reges permisit Christus eodem
  In regno? an voluit dogmata stare duo?
Non equidem nullo capitur solamine regnum,
  Cum duo sunt reges tunc caza cuncta perit
Et pereunt populi, rectorem turpiter audent
  Pellere Legitimum sedibus, arce, domo.
O scelus horrendum, quæ scripta volumina Regem
  Armigerum a propria pellere sede iubent.
Deserat ut priscas leges, veteresque, novasque
  Arripiat, magna o asperitate scelus.
Quid creat hoc, maledicta nisi discordia plebis,
  Imperium fallax quæ petit, atque colit.
Nemo potest certe dominis servire duobus,
  Reges nemo duos tutus habere potest.
Aut unum ille odio regem sectatur iniquo,
  Aut hic alterius flagrat amore miser.
Quid notet hæc lancem mulier que gestat et anguem?
  Astræa est, melius qua nihil esse potest.
Postquam nos colimus leges, animosque ferarum
  Exuimus, rigidas comprimit illa vias.

Ponderat hæc iustum, cunctis sua meaq; præbet.
    Illa probis, homines ense malosq; necat.
Quisquis eam nitidis mortalis sensibus hausit,
    Vitam lætifero crimine purus aget.
Astræa hæc fœdo detergit secula victu
    Hæc sine nequaquam urbs florida stare potest.
Exuitur feritas armisq; potentius æquum est,
    Et cum cive pudet conseruisse manus.
Crux sacra cum templo persistere denotat urbem
    Fœlicem, vera quæ pietate micat.
Est homini merito pietas tutissima virtus,
    Spectari haud melius qua quid in orbe potest.



ΣΦΙΓΣ

Φάσκε τίς ἐστιν ἀνήρ. οὗτος νυστάζει ὃν ὁρᾷς;
Τίς θάνατος πέλεται; μοῖρά τις αὐτὴ ἔφυ
Ἀμφότεροι συζευγόμενοι ἅμα τῇδε πέλονται
Ἀγρόμενος καὶ τὶς χρήματα ἐντὶ βροτοῖς
Ἐγγὺς τοῦ ποταμοῦ, ναύτης ὃ χρήματ' ὀπάζει
Σκιαίνει τις ἄρτον κυβευμάτων ἕτερος
Πλήγματα πολλὰ ἔχων στέμμασι τειρόμενος μέν
Τίννυε τὸν γρῖφον, μουσοπόλος καὶ ἔσῃ·

ΟΙΔΙΠΟΥΣ

Ταρτάρεον σφίγγα ζωγραφέεις τῷ σχήματι αὐτῷ
Δαίμονα, ἐλθόμενον φωτὶ ὅλοιο μόρον.
Τρία φέρων δαίμων καὶ ἐκείνου τεράστιον ἐστι
Πάντοτε ὃς θνητοὺς πρὸς κακὰ ὧδε ποιεῖν.
Πύρριχος ὧδε λέαν βροχθίζων ἄνδρας ἀπαιτεῖ
Ἀνδρῶν πότμον ἐρᾷ αἷμα μόνον τε θέλει.
Αἰεὶ ἀναβρώσκειν πολλοῖσι τρόποισιν ἐθίζει
Ἀνδρομαίους, δύναται μηδὲ ἄνευθεν κορεῖν
Ἐν τῷ ὠμοφάγῳ ὅσπερ βροτός ἐστι λέοντι
Ἐντὶ ἀλαζονικοῖς, δαίμονος υἱός ἐὼν
Ἐν μέλλει ὃς ἔχει γαμετὶς πέλει ἠδ' ἀκόλαστος
Ὀψοφάγος γεύλλῳ καὶ κατάκειται ἀνήρ
Τίς δὲ περιχὼν ἐστι, πλεονέκτης ἐστί: λεπτάργμῳ
Ὁ λυνὸς καῖται ἀνήρ: ἐν κοινὶ ἐστι φθόνος.
Ἀκρόχολος τελέεται ἄρχειν, καὶ ὀργίλος ἀνήρ
Υἱέες οἱ πάντες δαίμονος εἰσι κακοῦ
Χρᾶται ταρταρέος δαίμων πάντεσσιν ἑκάστοις
Αὐτοῖς ταῖς λοχμαῖς ἠδὲ βροτοῖσι τύχει
Ταρταρέος δαίμων ἀρετῶν μέγας ἐχθρὸς ἔνεστι
Πᾶσαν ἀτασθαλίαν ἔλθεται ἠδὲ βλάβην.



SPHINX.

Connubio iungens quid lumina clara ſacerdos
Ambo notat: candela micans eſt ante locata,
Parte ſenex reſid[illegible]o longua volumina luſtrans,
Parte vir eſt leva cali qui conſpicit arcum
Statq; imbre retro radiis inſigne coruſcis:
Eſt alter radians ſpeculum qui luſtrat ocellis.

:OEDIPVS:~

Natura ſenſum viſum tua monſtrat imago
Senſibus eſt viſus præſtantior omnibus in ſe
Iucundam lucemqꝫ gerit, nil charius ipſo eſt.
Lumina connubio quid denotet iſte ſacerdos
Coniungens oculos radiantes, fœdere iungi
Significant thalami, tæda velutiqꝫ Iugali
Sunt duo coniuncti vir et vxor, et eſſe tenentur
Vna in carne ~~tamen~~ duo ſic in lumine clari
Vno ſunt oculi, ſunt conſpecta duobus
Nam gemina haud oculis : velutiqꝫ maritus, et vxor,
Ambo ſimul charæ venere ad lumina vitæ
Cognitione dei fruerentur vt altitonantis,
Immortale decus ferrent ſimul omne per ævum,
Hunc colerent genibus flexis, ipſiqꝫ libarent,
Et tanquam veram ſpatioſi deniqꝫ lucem
Mundi appellarent, verum Authoremqꝫ vocarent.
Lumina ſic nobis data ſunt, de lumine ſolo
Iudicium vt faciant, ſimul et diſcernere poſſint.
Taliter id vigili capitur quod mente videtur
Eſſe, vigil quoniam ſolum mens Iudicat mund.
Conformes oculi viſu nam mentibus extant,

Connubium et veluti res eſt ſacra rite ſtatuta,
Humani generis ſtirpem ad ſobolemque tuendam:
Clari ſic oculi nitido cum lumine iuncti,
Artes ad celebres ſervandas robore magno
Tempus in omne valent: Quid denotet obſitus annis
Iſte ſenex, oculis geminata volumina luſtrans:
Cauſa eſt incoitus naturum, ſive conorum,
Conſpectu redigens uno ſpectamina bina:
Cumque pupilla ſenis ſit languida, cumque videnda
Communicare queat non re, fit ut ergo videndo
Occurrat labes oculis, videatur et ambas
Cernere res: ſpeculans quid denotet iridis arcum
Hic homo, Quid Titan retro ſua ſpicula criſpans,
Vitreolusque lapis quem continet indice laevo?
Quid notat et puppis, nautaeque in flumine nantes?
Quod triplici ratione videt mortalis Ocellus,
Cernit ut Ipſius primum fert linea recta,
Qua res ſydereas ſpeculatur in aethere ſtantes:
Praeterea luſtrat [illegible] fert ut linea curva
Quae vi Co[illegible] humida curvatur in unda
Eminus ergo [illegible]nus remum ſub flumine Nauta
Quem tenet, hunc fractum penitus putat eſſe remotum.

Poſtremo ſpeculatur homo fert vtq; refracta
Linea, cum ſpeculis, talis forma Iridis extat:
Humens namq; vapor nubem variatur in altam,
Praeterea in guttas ſenſim diſſolvitur vdas,
Cum petit Occaſum Titan et mergitur vndis
Oceani, adverſo celeſtis cernitur arcus,
Spectantes oculi recidentes ethere guttas
Ambo reflectuntur, fiat caeleſtis vt Iris.

M 1



SPHINX :-

Geſtantem cophinum cumulatum fructibus iſta
Conſpicis effigie, quacis guſtu percipit vuum.
Pomiferas iuxta frond[illegible]s, hominesq; videto
Cum ſerpente ſimul, g[illegible]antes arboris huius
Fructum cerne necem, tacitem Lænaq; ferentem
Hic ſpeculare virum, mulier quid denotat hæc quæ
Haurit aquam, quid et iſte ſenex domitorq; polorum.

OEDIPVS:-

Garrulus effigie mortalis pingitur iſta,
  Pingitur et plenus garrulitatis homo.
Garrulitas morbus vix eſt ſanabilis, illi
  Optima præberi vix medicina poteſt.
Auribus attentis nequaquam garrulus adſtat,
  Intempeſtiuos edit et ore ſonos.
Veſtibus indutus ſtulti depingitur omnis
  Garrulus, haud aures ſubigit ipſe ſuas.
Nam cum grata petit conuiuia garrulus, omnes
  Ora tenent, fandi nec datur [illegible] ſilent.
Garrulus elatus ali[illegible]
  Confundit, nunquam [illegible] refert.
Diſplicet, offendit, maleq[illegible] mores
  Aſſolet, hunc ſtultum magni[illegible] docet.
Cum ſine dentibus eſt, qua m[illegible] lingua
  Ac linguam vallo membra [illegible]
Dentibus hanc ergo cingit [illegible]
  Non linguam ratio flecte[illegible]
Nec parere velit rationi, m[illegible]
  Excipiant dentes, ſtrictaqz f[illegible]
Garrulus effrem lingua tamen [illegible]
  Dicitur, vt multis verba p[illegible]

M11

Lingua nec illius circumdata dentibus extat,
Hunc homines valido dente carere ferunt.

Si dentes habeat mate dentibus vtitur, obſunt,
Vulnificique dentes, et nocumenta gerunt.

Quid rota deſignet, quam bellica timpana cingunt,
Prætenui filo quamue mouere facit.

Garrulus, hic quianam minima ſi tangitur ater
Voce ſuę neq; fræno ſtringere labra poteſt.

Effugiunt homines, nec tales carpere voces
Aure queunt, hic vix ora tenere valet.

Quid mare deſignet iactatum fluctibus vnde
Quod Boreas, Auſter, flamina cuncta premunt.

Garrulitas quoniam labentis vt æquoris æſtus,
Illico ſermones multiplicare ſolet.

Pingatur cui vſta domus, Nam Garrulus vrbes
Proditor euertit multa ſecreta ſciens.

Proditor eſt multo pretio conductus, et vltro
Offert ille operam, vertere cuncta ſtudet.

odantur et vrbes
imuq; Latens.

inis pendentis imago,
, nam male ſæpe perit.
et mordet amaris
bilitate vigent.

Hic tormenta crucis tandem ſufferre grauatur,
Talia ſic tandem præmia mortis habet.
Garrulitas Igitur mortalibus atra cauenda
Hæc homines lædit, ſæpe demumq; ferit.
Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus
At contra grauis eſt culpa, tacenda loqui.
Quęrit aquas in aquis, et poma fugacia captat
Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.



PHINX :-

at aurea mala?
us vna refecta,
altera emetis.
s vas fictile gestans?
a vasa videtur?
us odores?
ppibus isti.

OEDIPVS.

Pingitur effigie genitrix celebranda Maria
Criſti, qua toto mulier non ſanctior orbe
Extitit, hæc mulier reſidens, eſt Virgo Maria,
Nobilitate potens, Regali ſtirpe creata,
Qua nil ſplendidius fuit, ac nil caſtius vnquam,
Virginitas huic ſola fuit pergrata, pudica
Vita fuit iucunda, carens et labe nefandi
Peccati, ſceleriſq; vacans, et corpore puro,
Corde humilis, verbiſq; grauis, ſtudioſa Legendi,
Ac animo prudens recteq; perita Loquendi,
Diuitias non illa ſoli, terræq; volebat,
Nec patulæ vanos mundi cupiebat honores.
Nec Lautæ virgo hæc querebat fercula menſæ,
Ambitioſa fames non hanc ſtimulabat, amicam
Nequaquam inflabat Criſtata ſuperbia mentem,
Inuidiæ non atra Lues tangebat eandem:
Pauperie preſſos complectebatur amore;
Non illam veneris capiebat dira voluptas:
Pectore non voces ſpargebat virgoq; procaces,
Non in ea riſus turpis, probitatis imago
Et pietatis erat, virtutis Luce mical
Hæc fera quam Virgo gremio venerat
Eſt fera quæ cornu fert naturaliter

Illa notat Christum natum patris altitonantis,
Namque feras inter veluti Robustior extat,
Et feritate virum superat, devincit et omne
Hæc animal, cornu feriens, hæc ut trahat auceps,
Formosum accipiat decet hic, pulchramque puellam,
Cuius se gremio vallata hæc bestia cornu
Se reddit cum persequitur, tum Callidus auceps
Sic deus Omnipotens Celsi Rex magnus Olympi,
Cuncta suo qui bella pater sub numine torquet,
Rex Regum Rerumque opifex, Cyclopica crispans
Fulmina: cuncta, potens, summo moderamine flectens
Humani generis graviter, summeque misertus,
Id quod Tartareus tenebrosa nocte Tyrannus
Flectebat, natum voluit legare, Maria
Quem pareret virgo divino numine plena,
Ac incepit ab hac opus, hac ut prima salutis
Hauriret fructum, quod non Natura sciebat,
Nonerat haud usus, ratio nam capérat, et mens
Humana haud poterat dignoscere, terra stupebat,
Gabriel hoc Retulit Mariæ divinitus omne,
Digna reperta fuit Christum portare benignum
Hunc quem non patuli capiebat Machina mundi
Quid notet hoc Mariæ nomen, Maria omnis terram,
[illegible]circundant velut [illegible] simulachra Marium,
[illegible] omnia cingunt
[illegible]dus in æthere lucens
[illegible] dicitur ipsa Maria
[illegible]rans lumine claro,

Vtq; mari magno Jactatos turbine nautas
Seruat ſtella, polo ſi tandem effulxerit alto.
Sic ſua lux, quæcunq; inſtent, quæcunq; premantur,
Nos regit inq; anni tutos diſcrimine reddit
Eſt igitur quærenda viris hæc ſtella ſuperna,
Vt capiat pelagi pene hauſtos fluctibus atris,
Et lucem, lucisq; ſuæ iubar exeat orbi
Diſcutiat radiis ingentia nubila claris,
Orabitq; deum, ſi forte piacula noſtra
Auerſum terris faciunt, tamen omnibus ille
Parcat, legitimas in nos et leniat iras,
Et quæcunq; ſuis merito miſcetur paratus
Diluat ille ſui præſenti rore cruoris.
Mille procul cerno nobis inſtare pericla,
Mille neces, rebus prope verſis, mille ruinas
In nos hæreticus toto ruit agmine, et armis
Cuncta mouens nos extremis conatibus vrget,
Iamq; ſibi ingentes orbis promittit habenas.
Pugnant hæretici nobis fera bella mouentes
Conſtringunt, totoq; nephas concurritur orbe,
Ex animis tollet labentibus ipſa tr
Hæc nobis et diua pios miſerata
Præbeat, vt placida miteſcant ſec



PHINX:~

estibus oris
cerne globum.
quæ cana Rotundum
ut ambit eum?
quid et aurea Lampas
a tanta globo?

OEDIPUS

Hac tu cunctiparam depingi imagine terram,
Quæ flores, herbas, gramina cuncta parit.
Aeris eſt tellus mediam ſortita cavernam,
Mortales alit hæc, educat alma feras.
In cælo notat iſte ſenex, ſublime parentem
Terrigenum cælum conſtituiſſe ſophos.
Seminis inſtar aquam cælum nam fundit amœnam
Non ideo tota eſt terra rotunda ferax.
Latam ſignificat Cybelem globus iſte rotundus
Quam pro matre ſophi conſtituere viri.
Namque parit nitidas fruges, arbuſtaque lata,
Et genus humanum, montivagaſque feras.
Pabula cum præbet quibus omnia corpora paſcunt,
Quæis animal vitam ducat et omne breuem.
Quapropter merito Maternum nomen adepta eſt,
Cuncta fovet recte dicitur ergo parens
Cur ſit tanta globo ſtagnantis copia lymphæ,
Inſula ſtat quoniam maxima terra parens.
Gutture in hac ſtat Cæruleum, ſunt flumina cuncta,
Sunt colles, lymphæ queis et origo fluit.
Ambiat ipſa globum mulier cur cana rotundum,
Artifici motu nam caret omnis humus.
Altum flamma petit, propior locus aera cepit,
Sederunt medio terra, fretumque loco
Natura ignis habet motum ſimul aer et unda
Sed tremulo motu terra rotunda vacat.
Cur globus eſt firmus, quia nam cum libera n
Terra ſit, extet in hac pondus et omne grave
Si terreſtre capit violentum cælica quoddam
Ora, quod artificus motus ad aſtra ferat.
Elidit hoc ſtatim, mittit regioque ſuprema,
Elatum ſtramen ferre nec ipſa poteſt.
Pingitur hic Phœbus, cum dicas eſſe parentem
Terram, quæ mundo cuncta creata fovet



SPHINX:-

chara qui voce ſalutat:
m lucida lepra premit:
notat: quid et iſte ſupremus?
o femmine membra lanatos?
deſignat epiſcopus iſte
ondus ab horq; capit?

OEDIPUS:

Scribitur implicito perversa Simonia ſcirpo
Hæc eſt presbiteris diffugienda ſacris.
Quid notet hic alium dulci qui voce ſalutat,
Rex et in exiguo flumine membra lavans.
Rex Syriæ fertur qui cum premeretur acerba
Lepra, cum caperet triſtia membra dolor.
Ille ſatellitibus, magna cinctusqꝫ caterna.
Vatis Elisæi tecta decora petit.
Cum ſtetit ante domum ſubito ſtat nuncius illi
Miſſus ab Eliſæo talia verba ferens
Jordani in liquido tua flumine membra lavato,
Et ſic ſanus eris ſic tua lepra cadet.
Pergens, in flumine ſe purgat iuſſa capeſſens
Rex multum gaudens ſanus abire domum.
Conſcendit currum magna ſtipante caterna
Grates ſupremo reddidit atqꝫ deo.
Servus Eliſei ſectans accepit ab ipſo
Argentum, tabulam magnificamqꝫ ſimul
Cum ſervum dominus redeuntem vidit, eundem
Talibus affatur, dixit et unde venis?
An iuſſi caperes argenti pondus et
Principe de Syriæ ſtet ſua lepra
Tunc ſubito famulum vexavit lepra
Reddita qua fuerant membra ca
Illecutas alio quid monſtret episcopus
Præbens, auri cui copia magna d
Ordine collato ſi accepit Episcopus a
Lepra fit, haud etenim vendere
Præbendamqꝫ alio pretio ſi conferat
Quod dedit emptor ei lucida Lo



PHINX:-

atuor quid cornua monstrant?

os ex arbore binos

cum morte ligatus?

sene: quidue columba?

tteqꝫ solutus

OEDIPUS

Hac crucis effigie præſtantia cernitur almæ
Chriſti: terrigenum fœlicis cauſa ſalutis
Extitit iſta crucis ſanctæ venerabilis arbor:
Hanc ſacram fulgur, tempeſtateſq; coruſcæ,
Tartareæq; timent valde, fugiuntq; catervæ,
Inq; ſuos acies nequeunt defigere ramos.
Infœlix olim fuerat lignumq; tremendum
Tormenti modus, horrificus, trabs, hoſpita mortis
Nunc prope numen habet, ſancta et venerabilis arbo
Cælo mixta comas caput inter ſydera condit,
Hoſpitis Ingentis pulcherrima reddita tactu:
Huic fuit affixus Chriſtus dux ipſe virorum,
Rex hominumq; ſuperumq; dei certiſſima proles
Huicq; ſalutiferæ divinos contigit artus
Tangere, ſacrati ac inſpergi rore cruoris,
Metaq; noſtrorum fuit hæc poſtrem
Iam per eam pater omnipotens
Dat veniam, et veteres bonus o
Cornua fert quatuor, quatuor
Virtutumq; quoniam Chriſti
Parte hac ſummus amor Chri

quium a dextris, patientia ſancta ſiniſtris
m et cingit mentis demiſſio Radix
d notet hæc viuos mittens pro fructibus arbor;
quoniam vitæ eſt lignum, ſuccoctio gentis
ne, via clandorum, ſolamen et omne
opum, cunctiſq; ſalus, et chara voluptas,
s picta, crucem celſi deſignat Olympi
arcam, bona cuncta ferunt cruce namq; tonantis,
Tus animæ eſt, et corporis, atq; bonorum
C, mala cuncta viro depellit ab omni.
notat hic ſtigius demon cum morte ligatus
o fugam eſſe crucem, quæ demonis eſt vis
Tartarei, ſunt fortia robora ſæuæ
ta necis, timet hanc Acherontheus anguis:
hic Crux alma viris ſit chara, pependit
Cunctipotens, moribundoſq; exuit artus,
exurgens rurſus, pueriſq; iuuenta
ret ad arcas.
illa volucris
terebrauit acuto,
nguine natos.
munemus pectora ſigno,
veſtigia fronti,

Nil agimus, nihil aggredimur nil pectore magnum
Concipimus, non ante suo numimine nixi:
Auspitiis haec nostra suis Incaepta secundat
Haec nostrum Augurium, haec sors et prepetis omen,
Ad sua confugimus tremefacti protinus arma;
Queis tuto vanos Revocamus corde timores,
Haec nos Inferni pene haustos Eripit Undis;
Haec dulces in aquas fontes convertit amaros;
Et fletus tandem nostros in gaudia vertit:
Indubitata salus hominum, spes certa quietis;
Perpetuo per eam patet alta janua caeli:
Vtq3 orbi quondam ingressa est mors arbore ab illa,
Sic hominum generi per eam stat Reddita vita.



NX:-

Quid notat hoc ingens animal? quid nobilis hir ſe
Abiiciens duros denotat ante pedes?
Altera quidve notat quā cernis bellua? ſcropum
Solvito, ſic tibi ſpes tuta ſalutis erit.

OEDIPUS

Pingitur effigie grauis hac demiſſio mentis,
  Qua nihil altitono gratius eſſe poteſt.
Gratia, virtutem hanc ſectantibus, alta tonantis
  Funditur, et tandem cælica vita datur.
Hinc decet inſlatam penitus demittere mentem,
  Qui vult placato non miſer eſſe deo
Nonne deus gradibus ſublimibus
  Et facit eximium ſcand
Conditione, ſtatu: fortuna
  Qui nihil elatum voi
Nonne humiles reddit tand
  Diuitiis ſpolians, pauper
Quid notet iſte crucem ge
  Cuius purpureo membra
Eſt Chriſtus tetro qui m
  Mortales rapuit de f
Et qui ſtelliferi deſcendit c
  Eriperet mundum demoni
Extitit exemplar mortalib
  Virtutis, ſpernit tecta
Naturam fragiliſq; viri ve
  Ob genus humanum plur

Vitali vsque fuit ſpoliatum lumine corpus
Clarus fieri actus vsque fuere centr. unquam.
Demiſſo fuit ille animo patienter amara
Cuncta ferens, deus huic nomina ſancta dedit.
Exaltauit enim Mirabile nomen Ieſus
Huicque dedit, melius quod quis habere poteſt!
Rectuntur Terreſtria Nomine Ieſu,
illi gloria ſumma datur.
[illegible]ret iuuenilibus annis
[illegible]iteris ineſt.
[illegible] et captat
[illegible]rba volit
[illegible]t infans
[illegible]ens.
[illegible] vt infans,
[illegible]ere poli.
[illegible]pui corpora ſterint
[illegible]ſe leo.
[illegible] bentorum,
[illegible]da gerat.
[illegible]os,
[illegible] ſolet.
[illegible] benignus
[illegible]ille erit.

Sic christus verum quem pagina sacra [illegible]
terribilemque [illegible] magnanimumque [illegible]
magni [illegible] titulo exornat honorum
christus [illegible] corda superba [illegible]
quid [illegible] [illegible] [illegible] tenuis [illegible] cord..
cui similis christus [illegible] esse [illegible]
nunquam grata [illegible] mordet [illegible]
ad hominum [illegible] multa commoda [illegible]
[illegible] calabri [illegible]
[illegible]
[illegible] pelle [illegible] ovi,
ad referendum hominum [illegible] caro [illegible]
prodesse
denique [illegible] quod non utiles [illegible]
[illegible]
mundi [illegible] salutifer [illegible]

ΟΕΔΙΠΟΥΣ

Τουνόματος σεπτοῦ ἀρετήν τε κράτος τε Ἰήσους
Ζωγραφέειν, ἀγανὸν τοὔνομα κεῖνο πέλει
Τοὔνομα τοῦτο πέλει ἅγιον, κρατερόν τε, καλόν τε
Σεπτότερον δύναται τοὔνομα οὐδὲν ἔχειν.
Γηραλέος τις σημαίνει ἐν δώματ' Ὀλύμπου,
Γούνατα κάμπτοντα πνεύματα, ἠδὲ βροτοί
Καὶ γὰρ παντοκράτωρ θεὸς υἱῷ δῶκεν Ἰήσου
Τοὔνομα τοῦ αὐτοῦ θαύματα πολλά
Ἄγγελοι οὐράνιοι ἅζονται τοὔνομα
Μὶν κάνδον αἶδος δοι
Καὶ μὴν ἐπιχθόνιοι κατὰ ἦμαι
Αὐτῷ σπάζουσιν φαίδιμον υ
Τοὔνομα ἥλιος διαδεῖ ὅτι Χρ
Ἥλιος ἐκδικίας πάντοθι ἐστὶ τ
Οὗτος ἐπὶ Χριστὸς πολέμῳ φὼς στ
Ἐξ ᾅδου ὅλους οὕσπερ ἔβαλ
Ἀνθρωπίνων σωτὴρ πάντας τῶ
Οὐλύμπου ἡμῖν καὶ ἀνταξ
Τοὔνεκα εὔφημον τοῦ Χριστοῦ τ
Τοὔνομα, Χριστιανοῖς πᾶσι μ

RIVUS QUAM FOEDARI



INX:~

umq3 quod albi
ma micans.
prdita puella
adixe viam.

OEDIPUS

MANUSCRIPT

C. 1560